AGNOSCERE autem oues ſuas, Præſul ampliſſime, eſt eas ipſas diligere, & frequenter viſitare, ſeque pro illis exponere; ac denique eaſdem ad ouile deducere. Sic enim Chriſtus cognoſcit oues ſuas, cum inquit: Ego cognoſco oues meas; ideſt: Ego diligo, & eas frequenti viſitatione viſito. Seq; pro illis exponit, cum dicit: Et animam meam pono pro ouibus meis. Ad ouile verò eas reducit, cum ait: Et alias oues habeo, quas me oportet adducere. Vnde fit ex ſupradictis, quod ex ipſius Paſtoris, & ouium ſuarum mutua agnitione, ac dilectione, oues ex frequēti imaginatione beneficij Paſtoris ipſum attendant, & ſpecialiter recognoſcant, ac diligant: Et propter hoc ſubdit, Et cognoſcunt me meæ.

Ioan. 10.

## Ad ouium agnitionem, vltra Paſtoris perſonam, quarum aliarum vices gerere Epiſcopum viſitatorem oporteat. Cap. II.

VErum, & ſi in hac ſanctarum Dei ouium agnitione, preterquam quòd Epiſcopus, aut uiſitator, Paſtoris perſonæ officium, ac munus obire paratus ſit, ut errabundum pecus dirigat, contritum obliget, ac ægrotum ſanet: nonnullarum tamen etiam aliarum perſonarum munus ſubire ipſum decet, puta Venatoris, Viatoris, Architecti, Aedificatoris, Agricolæ, Athletæ, ac militis etiam. Nam & ut uenator Viſitator Dei Eccleſiarum mittitur ad uiſitandum, dicente Domino: Ecce ego mitto multos uenatores, & uenabuntur ipſos ſupra omnes montes: Attendat igitur Viſitator in ſua uiſitatione, ut uenetur, ne præda effugiat ipſum, quò eos, qui præ uitijs effrenati ſunt, ſermone ueritatis compræhenſos ſeruatori adducat. Viator item eſt miſſus Viſitator ſimilis illi, qui orauit: Dirige greſſus meos. Attendat ergo, ne digrediatur a uia, ne declinet ad dexteram, aut ſiniſtram, uia regia proficiſcatur. Archi-

Hier. 16.

Nota.



chitectus eſt miſſus, ut firmum fidei fundamentum iaceat, quod eſt Ieſus Chriſtus. Aedificator uideat, quomodo ædificat: ne ligna, ne fœnum, ne ſtipulam; ſed aurum, argentum, lapides prætioſos. Agricola mittitur, ut circumfodiat ficum infructuoſam, & ea, quæ ad fœcunditatem faciunt in auxilium ingerat. Miles mittitur, ut affligatur malis cum Euangelio, ut depugnet honeſtam pugnam contra ſpiritus prauitatis, contra affectus carnis, aſſumens omnem armaturam Dei, ne implicetur negotijs vitæ, ut exercitus Imperatori complaceat. Athleta mittitur Viſitator Dei ouium, ne quam legem athleticam tranſgrediatur: Nemo. n. coronatur, qui non legitimè certauerit. Paulum ergo, & currrentem, & luctantem, & pugnantem Viſitator imitetur: & ipſe velut pugil, animi oculum intentum habeat, protegatq; principales partes manuum obiectu. Intentus ſit uiſus in aduerſarium: In curſibus eos, qui præcedunt aſſequatur, & ſic currat, ut anticipes: In lucta inuiſibilibus repugnet. Talem itaq; eſſe Viſitatorem uult per uitam ſancta Dei Eccleſia, non ſupinum, non dormientem, ſed ſobriè, & uigilanter ouibus præfectum.

## Jus agnoſcendi oues, hoc eſt, viſitandi, quibus competat. Cap. III.

CVm itaque agnoſcere oues ſuas, ſit uiſitare illas; Patriarchæ igitur omnes, Primates, Metropolitani, ac Epiſcopi propriam diœceſim, Cardinales Eccleſias ſuorum titulorum, ſua Abbates, & Priores monaſteria, Papa, ſeu eius Vicarius, Vrbis, imò ac orbis baſilicas per ſe ipſos, aut ſi legitimè impediti fuerint, per ſuum generalem Vicarium, aut Viſitatorem, ſi quotannis totam propter eius latitudinem viſitare non poterunt, ſaltem maiorem eius partem; ita tamen, vt tota biennio per ſe, vel viſitatores ſuos compleatur, viſitare non prætermittant.

Seſſ. 6. c. 1. de refor. ſeſſ. 24. c. 3. & ſeſſ. 25. c. 11. Inf. lib. 2. c. 2. Viſitationes quomodo fieri debeât, quâdo, & a quib. cap. decernimus. 10. q. 1. De diœceſi viſitâda, ſaltem biennio.

Agni-

### Agnitionis, ſeu viſitationum ouium ſcopus qui eſſe debet. Cap. IIII.

Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. & ſeſſ. 25. c. 11.

VIſitationum autem omnium iſtarum præcipuus ſit ſcopus, ſanam, orthodoxamq́; doctrinam expulſis hæreſibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere; populum cohortationibus, atque admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamq́; accendere; cætera, prout locus, tempus, & occaſio feret, ex uiſitationum prouidentia ad fidelium fructum conſtituere. Quæ, vt facilius faciliusq́; ſuccedant, monentur prædicti omnes, & ſinguli, ad quos uiſitatio ſpectat, ut paterna charitate, chriſtianoq́; zelo omnes amplectantur, ideoq́; modeſto contenti equitatu (ut quinquagenarium numerum equorum non excedant) famulatuque, ſtudeant quàm celerrimè, debita tamen cum digentia uiſitationem ipſam abſoluere. Interim caueant, ne inutilibus ſumptibus cuiquam graues, oneroſive ſint, nec uel ipſi, aut quiſque ſuorum quicquam procurationis cauſa, pro uiſitatione, etiam teſtamentorum ad pios uſus, præter id, quod ex relictis piis iure debetur, aut aliquo quouis nomine, nec pecuniã, nec munus quodcunque ſit, etiam qualitercunque offeratur accipiant, non obſtante quacunq; conſuetudine, exceptis tamen uictualibus, quæ ſibi, ac ſuis frugaliter, moderateq́; pro temporis tanta neceſsitate, & non ultra erunt miniſtranda. Quod ſi quiſquam (quod abſit) aliquid amplius in ſupradictis omnibus caſibus accipere præſumpſerit, is præter dupli reſtitutionem intra menſem faciendam, aliis etiam pœnis, iuxta conſtitutionem Concilij Lateranen. quæ incipit: Exigit, nec non & aliis pœnis in ſynodo prouinciali arbitrio ſynodi, abſque ulla ſpe ueniæ mulctetur.

Viſitatores ad charitatẽ exhortãtur, & humilitatem.

Viſitatores nil accipiãt in viſitatione, niſi neceſſaria ſibi uictualia.

Pœna accipiẽtium pro viſitatione, pecuniam.

Agno-



### Agnoſcere ſeipſum vti debet Viſitator, aut Epiſcopus. Cap. V.

QVoniam autem facilius unicuique noſtrum eſt, inquit ſanctus Baſilius; curioſum eſſe de alienis, quàm ſua ipſius, ac propria conſiderare: in hac ideo ouiũ Chriſti, fideliumve agnitione, ante omnes ſeipſum primum omnium Epiſcopum, Viſitatoremve agnoſcere quidem oportet: hoc eſt, ad propriam ſui ipſius ſcrutationem oculos, tum animæ, tum corporis ſui conuertere debet; non deſinens ſcrutari ſeipſum, an ſibi ſecundum præceptum uita procedat, & nunquid per cogitationes deliquerit, nunquid lingua læderit, mentem præuertens, nunquid in manuum operibus factum ſit aliquid temerarium, nunquid unquam permiſerit, mentem in ſeruitutem redactam, affectuum mancipium fieri: nunquid rurſus affectibus, ut contra rationem inſurgant, & animę dominium in ſuam poteſtatem redigant, indulſerit, ac vndequaq; ſeipſum (inquam) circumſpiciat, uigilantem habeat ſui ipſius cuſtodiam animę oculum, animam ſuam exornet, huius curam gerat; ut ſic omnis ſordes, quæ ex malitia ipſi accedit, per ſui ipſius animaduerſionem remoueatur, & omnis turpitudo ex uitio depurgetur: & ut omni uirtutis pulchritudine ipſam exornet, & illuſtret. Eius etiam mores ita componat, ut reliqui ab eo frugalitatis, modeſtiæ, continentiæ, ac ſanctę humilitatis exempla petere poſſint; ut ſic exemplis uirtutum ipſius, in omnem uſum ſanctæ, veræq́; Chriſtianæ uitæ illos conformare diligenter curet, miniſterium ſuum omnino in omni parte, ut eſt Apoſtoli præceptum, implens. Cum autem orationibus, ſanctiſq́; meditationibus ipſum oporteat frequenter inſiſtere, certam in iſtis etiam horam quotidie aſſumere debet, quam in diuinarum contemplationum ſtudio, exercitationeq́; ponat: In qua oratione non ſibi ipſi tantum diuini luminis illuſtrationem depoſcat, ſed etiam pro fidelibus, ſuæ curę commiſſis, humiles preces fundat, eorum peccata deplorando, pioq́; gemitu, & religioſa ſupplica-

Baſil. in hom. attẽde tibi ipſi.

De agnitione ſui ipſius.

De moribus eius.

2. Tim. 4.

De oratione eius, & meditatione.

plicatione Deum orando, ut diſiectis peccatorum nubibus, pluuiam, & rorem ſue diuinę gratiæ, & miſericordiæ effundat in hereditatem, & agrum Eccleſię ſuæ. Miſſæ quoque ſacrificium ſæpius celebret, in Dominicis, feſtisq; maxime diebus in Eccleſijs magis, quàm in priuatis oratorijs, ac maxime etiam illis diebus, quibus Eccleſias, altariave, aut campanas conſecrabit, aut cęmiteria reconciliabit, & alia eiuſdem generis Epiſcopalia munera obibit: at cum ob cauſam non facit ſacrificium, religioſe interſit. Diuinum quoque officium, laudesq; ac horarios pſalmos piè, ac ſupplici mente quotidie recitet. Ad hęc dominicis, feſtisq; diebus Eccleſiam ſuam adibit, niſi infirmitate, aut aliàs legitimè impeditus. Confeſſarium item ſecularem, aut regularem deligat, qui uir ſit ſacra ſcientia, prudentia, ſpectatisq; moribus, ac uitæ ſanctitate inſignis; cuius ſtudio, & conſilio, & precationis ſpiritu in rerum grauiorum deliberationibus uti poſſit. In ſacræ etiam Theologię, ſacrorumq; canonum quotidie ſtatis horis, ſtudium incumbat. Omnibus pręterea adeuntibus ſe facilem, benignumq; prębeat, ita tamen, ut ne a grauitate recedat. In auditorio omnibus ſatisfacere ſtudeat, ac ne infimos homines audire negligat. Expediat ſtatim quę recte poſſunt, omnibus uel re, uel conſilio, uel conſolando prodeſſe ſtudeat. Quicquid autem temporis animi relaxationi aliquando dabitur, id omne in ſpiritualium librorum lectione, ſtudioue, & colloquio piorum, & eruditorum hominum, ponere ſtudeat. At a nimia laicorum familiaritate meminerit abſtinere, ac laicorum conuiuia fugere. Lectio in menſa ſua ſit ex ſacra ſcriptura, & uitis ſanctorum Epiſcoporum. Decretum quandoque Concilij Trident. in ſeſſ. 25. editum ſępe ſibi recitari curet, nec non & quę in 2. ſeſſ. dicti Concil. dicuntur. Demum in ullius conſpectu, ne domi quidem, ſe exponat, niſi Epiſcopali ueſtitu indutus: Rochetum uero, & mozzettam induat, cum per diœceſim iter facit: ſed anulo ſemper utatur, & ubique, tum domi, tum foris, tum in ſua, tum in aliena diœceſi, ut perpetuo ſe Eccleſię ſuę ſponſum meminerit. Sexta uerò quoque

*De Sacrificio Miſſę ſæpe faciendo.*

*De mat. laud. & pſal. horar. deuotè dicendis.*

*De cōfeſſario Epiſcopi.*

*De ſtudio Epiſcopi.*

*In auditorio qualē ſe præbere debet.*

*Lectio ſacræ ſcripturæ in menſa. Concil. Trid. ſeſſ. 2.*

*Veſtitus Epiſcopalis, qualis eſſe debet.*



quoque feria, & in uigilijs, in Aduentu, & Quadrageſima, ueſtitum induat nigri coloris, ijs diebus exceptis, quibus ex ritu Eccleſiæ nullum męſtitiæ ſignum ueſtibus oſtendere debet: Alijs autem uiolacei coloris ueſtimenta adhibeat. Nouiſsimo loco cappam Epiſcopalem, cum in Eccleſiam, uel ad diuina officia, uel ad conciones, vel ad ſacras lectiones accedit, omnino induat.

## *Qui, & quo tempore familiam ſuam Viſitator, aut Epiſcopus, viſitare, aut agnoſcere debeat. Cap. VI.*

AD ſuæ proprię familiæ Epiſcopus, aut Viſitator agnitionem, ſeu mauis, uiſitationem propius accedens, curabit ante omnia, eam ipſam eiuſmodi eſſe, quę præluceat uitæ, ac morum exemplis, utq; ea ſumptibus Eccleſiæ ſuſtentetur. In ea non ſint rixoſi, impudici, blaſphemi, factioſi, hoc eſt, ad diſcordiam, aut ſeditionem affecti, nec & ſcurræ. Non item qui ſint Epiſcopi conſanguinei, niſi eadem uiuendi diſciplina, qua cęteri, utantur. Non qui Parochialem curam gerunt, aut aliàs reſidentia adſtricti, niſi debitas miniſterij ſui functiones, licèt Epiſcopo ſeruiant, Eccleſiæ ſuæ præſtare poſſint; Quinimo & duos ſecum canonicos habere Epiſcopum Canones permittunt. Cubicularij ſint ętate, moribusq; graues, ac boni teſtimonij. Clericorum qui ſunt ſacris initiati, uel ſacerdotis, opera non utatur, ad officij alicuius miniſteriū, quod ſacerdotali, aut clericali ordini minus conueniat. Nullus eiuſdem Epiſcopi familię, prætermittat ullo unquā die, quin Miſſam audiat, niſi neceſſariò impeditus ſit: clericis, qui de familia ſua ſunt, Epiſcopus certum ieiunij diem in hebdomada inſtituat. In Aduentu dicta familia ieiunet ſaltem feria quarta, & ſexta. Vnuſquiſque de familia Epiſcopi ſingulis menſibus ſacram Euchariſtiam ſumat unà cum reliquis, qui in familia ſunt. In Aduentu, ut Silucrij Pontificis decretum eſt, & in quadrageſima ſingulis diebus Dominicis ſacram communio-

*cap. iubemus, de conſ. diſt. j. Cubicularij Epiſcopi.*

*Miſſa audienda eſt quotidie a familia Epiſcopi.*

Euchariſtia, quãdo maxime ſit capienda a familia Epiſcopi.

munionem accipere ſtudeant maxime clerici. Dum familia cibum capit, lectio tum adhibeatur. Item familia, ne ocioſa ſit, aut inertiæ, aut deſidię dedita, aut obſequio Epiſcopi, aut in honeſtis occupationibus occupata ſit. Vnuſquiſque de familia Epiſcopi abſtineat a flagitiorum hominum conſuetudine, ac a locis, ubi turpiter uiuitur. Nemo item foris pernoctet. Nec, quæ iocularia ſunt, aut ridicula, ex quibus cachinni, riſusq; ſolutiores excitantur, loquatur aliquis. Nemo libros de rebus iocoſis, ſcurrilibus, ridiculis, obſcęnis, impuriſq; conſcriptos habeat. Familiam ſuam Epiſcopus curet, ac etiam bis quotannis uiſitet: ſemel ineunte Quadrageſima, iterum initio Aduentus, eiusq; mores paternè inueſtiget, ac uideat, ut unuſquique religioſæ, uitæq; ſpiritualis inſtitutis congruenter uiuat: & uirtutum amatores adiuuet, obiurget uerò a bene uiuendi ratione auerſos; cõtumaces, & incorrigibiles e domo eijciat. Epiſcopo, miſſam celebranti, uel audienti, frequẽs familia adſit. Cũ in Eccleſiam ad diuina officia properat, familiam ſecũ eſſe epiſcopus iubeat. Cum familia ęgrotat, curam eius magnã habeat; prouideatq; ut de illorum ſalute in primis ratio habeatur, utq; eorum ualetudinis recuperationi conſulatur, ut deniq; ęgrotanti neceſſaria ad conualeſcendum ſuppeditẽtur. Item unicuiq; de familia conſtituat ſuam mercedem ſecundum uniuſcuiuſq; uirtutem, ac meritum, ac ſecundũ fructuum Eccleſiaſticorum diſpenſationem ſibi creditam. Abſit ab Epiſcopali domo omnis picturę ornatus, quę prophana ſit. In cubiculis, reliquisque domi locis frequentioribus non deſit aliqua imago ſacra.

Epiſcopi familia, quando ſit viſitanda ab eodem.

Familię ęgrotanti neceſſaria eroganda ſunt.

### *Quid præ alij in Parrocho agnoſcendum ſit ab Epiſcopo, aut Viſitatore. Cap. VII.*

Seſſ.24.c.4.

AGnoſcat igitur ante omnia quilibet Epiſcopus in hac prima, ac ſimplici ouium agnitione (alia enim & plenior, & de Parrocho, & cęteris in ſequenti, ac ſecundo libro facienda eſt indagatio, ac perquiſitio) ut





omnes, qui curam animarum gerunt, memoriter teneant Symbolum fidei, quo ſãcta Romana Eccleſia utitur; illudq; ſciant ſaltem iuxta literam interpretari; ne penitus ignorent, quod tantopere neceſſarium eſt, ut credamus. Qui verò hoc ignorant, breui diſcant, ſub pęna arbitrio eiuſdem Epicopi.

Lib.2.tract.4. cap.4. Seſſ.25.cap.2.

Gl. in ver. principales, de ſũma Trin. & fi. Cath.

### *Indicem librorum prohibitorum, habere Parrochum, curare debet Epiſcopus. Cap. VIII.*

SEcundò obſeruet etiam Epiſcopus, aut Viſitator, ut quiſquis Parrochus habeat Indicem librorum prohibitorum editum a fel. record. Pio quarto de anno 1563. illumq; ſedulo ſępenumero percurrat legendo, quò eo ipſo a ſuſpectis, ac pernicioſis libris, quibus doctrina impura continetur, abſtineat: ſacros uerò, ut quęnam eorum editio pro authentica habenda ſit, eis innoteſcat, amplexetur.

Seſſ.17. De libror. delectu. Card. Borro. par. 1. de doc. chriſt. Seſſ.4. c. inſuper. Seſſ.18.c.7.

### *Epiſcopus tempore ſuæ viſitationis faciat ſibi libros exhiberi a ſingulis diœceſis ſuæ clericis. Cap. IX.*

EPiſcopus inſuper tempore ſuæ primæ Viſitationis cogat omnes, & ſingulos ſuę diœceſis clericos, ac ſacerdotes, cunctos exhibere libros, quos habent, & ſi quos inueniat eſſe prohibitos, ipſos ſtatim cõburẽdos curabit. Quos autẽ libros debeat habere Parochus dicetur.

Seſſ.18. De libror. delectu.

### *Interpretationes omnes ſacræ ſcripturæ poſthac comprobentur ab Epiſcopo, priusquam imprimantur. Cap. X.*

REquirat etiam Epiſcopus, & diligenter obſeruet, ſi qui ſint in ſua diœceſi, qui ſacram ſcripturam, uel aliquam eius partem ſuis ſcriptis fuerint interpre-

tati. Quod ſi ita euenerit, curabit, ut talia eorum ſcripta ad eum deferantur cognoſcenda, ac conſideranda. Recuſantes autem ea libenter ſibi dari, & exhiberi, tunc eos compellat pœnis a iure ſtatutis; & ſi opus fuerit, cenſuris etiam Eccleſiaſticis. Seſſ.4. de impreſſ.lib.

### *Librorum impreſſores non imprimant ſine licentia Epiſc.* *Cap. XI.*

QVoniam vſu venit aliquando, quod Epiſcopus in ſua diœceſi nonnullos librorum impreſſores habeat; ideo ſtatuet, & præcepto præcipiet, ut eo ipſo inſcio, nihil imprimatur, ſub eiſdem iam dictis pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis.

### *Libri incerti authoris, aut improbi, non vaneant poſthac ſine licentia Epiſcopi, aut ordinarij.* *Cap. XII.*

VLtimo loco deſpiciat etiam Epiſcopus in hac prima ouium agnitione, & ſimplici viſitatione, ut nullus audeat ad ſacram Scripturam pertinentes, uel ad morum reformationem uendere libros; aut incerti authoris editos, niſi prius eiuſdem, uel ſui generalis Vicarij obtenta ſit ab eo licentia in ſcriptis expreſſa, ac facta. Quod ſupra etiam fuit a nobis ſecundo loco dictum. Seſſ.4.c.inſup.

QVAE

# QVÆ VENIANT AB EPISCOPO OBSERVANDA

## *Circa verbi diuini prædicationem, ſiue lectionem.*

# Tractatus Secundus.

ANNOTATIO SINGVLORVM CAPITVM Secundi Tractatus.

1 *Lectio ſacrarum ſcripturarum in Eccleſiis legatur.*
2 *Lectio Grammaticæ ſaltem legatur in pauperibus Eccleſiis.*
3 *Lectores extra Monaſteria ab Epiſcopo approbentur.*
4 *Epiſcopi prædicent, vel aliàs legitimè impediti ſubrogent.*
5 *Habentes curam animarum prædicent, aliàs legitimè impediti ſubrogent.*
6 *Doctrinam Chriſtianã pueros doceant, populumq́; Parochi.*
7 *Authoritas Epiſcopi contra non prædicantes.*
8 *Regulares extra ſuorum ordinum Eccleſias, ſine ſuperioris licentia, & Epiſcopi authoritate non prædicent.*
9 *Authoritas Epiſcopi contra improbos prædicatores.*
10 *Contra prædicatores hæreſum.*
11 *Regulares extra clauſtra degentes, & præsbyteri ſeculares prædicare prohibentur.*
12 *Quæſtuarij omnino a prædicatione abſtineant.*
13 *De indulgentijs publicandis.*

### *Lectio ſacrarum ſcripturarum in Eccleſiis legatur.* *Cap. I.*

CVm ſacræ Theologiæ lectio perneceſſaria ſit, & a ſacro Concilio Trident. commendata; in hoc curam ponat Epiſcopus cum Capitulo, & Clero ſuæ diœceſis, prouidere uel de præbenda, uel de alia mercede conſtituenda Theologiæ lectori. Seſſ.5.cap.1

*Lectio*

### *Lectio Grammaticæ ſaltem legatur in pauperib. eccleſijs.* *Cap. II.*

Vbi ſupra.

ECcleſiæ uerò, quorum annui prouentus tenues fuerint, ita ut Theologiæ lectio in eis commodè haberi non poſſit, ſaltem Magiſtrum habeant ab Epiſcopo, cum conſilio Capituli eligendum, qui clericos, aliosque ſcholares pauperes grammaticam gratis doceat; cui Magiſtro aſsignentur, uel alicuius ſimplicis beneficij fructus, uel aliqua alia merces ex capitulari menſa perſoluatur.

### *Lectores extra monaſteria ab Epiſcopis approbentur.* *Cap. III.*

Seſſ.5.cap.1.

ET ne ſub ſpecie pietatis impietas diſſeminetur, ſtatuit inſuper ſancta ſynodus, neminem ad huiuſmodi lectionis officium, tam publicè, quàm priuatim admittendum eſſe, qui prius ab Epiſcopo loci de uita, moribus, & ſcientia examinatus, atque approbatus non fuerit. Quod de lectoribus in Clauſtris Monachorum non intelligatur.

### *Epiſcopi prædicent, vel aliàs legitimè impediti ſubrogent.* *Cap. IIII.*

Seſſ.5.cap.2. Seſſ.24.c.4 Infra cap.14. tract.1.

QVia verò Chriſtianæ reip. non minus neceſſaria eſt prædicatio Euangelij, quàm lectio; & hoc eſt præcipuum Epiſcoporum munus, ſtatuit, & decreuit ſancta Synodus, omnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & omnes alios Eccleſiarum prælatos, teneri per ſeipſos, ad prædicandum ſanctum Ieſu Chriſti Euangelium, ſi legitimè impediti non fuerint, quo caſu alios loco eorum ſubrogent.

Ha-



### *Habentes curam animarum prædicent, aliàs legitimè impediti ſubrogent.* *Cap. V.*

ARchipresbyteri uerò, Plebani, & quicunque Parrochi, uel aliàs curam animarum habentes per ſe, uel alios idoneos, ſi legitimè impediti fuerint, diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus ſaltem, plebes ſibi commiſſas, pro ſua, & earum capacitate, paſcant ſalutaribus uerbis.

Seſſ.5. cap.2 Seſſ.24.cap.4

### *Doctrinam Chriſtianam pueros doceant, populumq; Parrochi.* *Cap. VI.*

NOn tantum præcipiat Epiſcopus Archipresbyteris, Plebanis, Parrochis, & omnibus animarum curam habentibus, ut ſingulis Dominicis, feſtiſq; diebus doceant populum ſaltem rudimenta fidei, ſeu doctrinam Chriſtianam, ſi Chriſti Euangelium prædicare neſciuerint; uerùm etiam ut publicent dies feſtos, quibus populum hortentur parcere laboribus ſecularibus, illos ſanctificare, ſibiq; a peccatis cauere. Cogatq; illum etiam pœnis pecuniariis in vſus pios erogãdis, ab exercendis diebus feſtis artibus ſuis illicitis.

Seſſ.24.cap.4. Seſſ.14.c.17 Card. Borro. par.j. de doct. Chriſt.

### *Auctoritas Epiſcopi contra non prædicantes.* *Cap. VII.*

QVi uerò ex dictis Parrochis munus ſuum adimplere neglexerint, & panem paruulis petentibus non fregerint, ex ſuorum beneficiorum fructibus, alij, qui id munus, ac officium obeat, honeſta aliqua merces perſoluatur, donec ipſi reſipiſcant.

Vbi ſupra. Pœna nõ prædicantium.

Regu-

2 *Cognatio ſpiritualis inter quos contrahatur.*
3 *Pœna Parochi non denunciantis ſpiritualem cognationem.*
4 *De Pœnitentiario.*
5 *Præsbiteri niſi ab Epiſcopo probentur; aut Parochiam teneant non poſſunt abſoluere.*
6 *Quod omnes vtriuſque ſexus confiteantur ſemel in anno.*
7 *Sanctimonialium confeſſio crebra ſit.*
8 *Præter ordinarium alius extraordinarius confeſſor ter in anno Monialibus offeratur.*
9 *Ad diuinum miniſterium non niſi idonei admittantur.*
10 *De euitandis, & obſeruandis in celebratione Miſſæ.*
11 *Non in priuatis domibus aut extra Eccleſiam, ſiue Oratoria ab Epiſcopo non approbata, celebrare permiſſum eſt alicui.*
12 *Non alias preces, ritus, aut cerimonias, quàm quæ ab Eccleſia receptæ ſunt ſacerdotes adhibeant in Miſſa.*
13 *De qualitatibus ordinandorum inquirendis.*
14 *De initiandis prima tonſura.*
15 *De promouendis ad minores ordines.*
16 *De clericis coniugatis ſubrogandis in locum hoſtiariorum.*
17 *Veſtes clericales adhibeant clerici.*
18 *Ordinari non debet qui latinam linguam non nouit.*
19 *De qualitatibus ordinandorum requirendis.*
20 *De ordine ſeruando in promotionibus.*
21 *Quem non ſcientiæ ſpes maioribus ordinibus dignum oſtendit ijs initietur nemo.*
22 *De locis & temporibus ordinationum.*
23 *De vagis, & non ſibi ſubditis non ordinandis.*
24 *De familiaribus non ordinandis.*
25 *De clericis homicidis non ordinandis.*
26 *De promouendis ad præsbiteratum.*
27 *Qui de Altari viuunt, Altari ſeruire debent.*
28 *De Matrimonijs clandeſtinis.*
29 *Quando poſſit remitti denunciatio.*
30 *Liber Matrimoniorum.*
31 *Decretum hoc de refor. matr. in omnibus parochijs publicetur.*


*Baptizan-*



### *Baptizandorum nomina in libro perpetuo permanſura ſcribenda a Parrocho. Cap. I.*

QVicunque Parrochus habeat librum, in quo nomina tum baptizatorum ſcribat, tum illorum etiam nomina, qui de Baptiſmo illos ſuſceperunt, ſed quomodo in baptizando officium ſuum adimplere debeat prædictus Parrochus quærat infra.

Lib. baptizandor. c. 1. lib. 2. tract. 4. c. 10.

Seſſ. 24. c. 2

### *Cognatio ſpiritualis, inter quos contrahatur. Cap. II.*

ITemq; cauebit Parrochus, ne plures, quàm duo ſint, qui de fonte baptizatum ſuſcipiant, doceatq; eos, quam cognationem contraxerint; nempe, quod inter ſuſcipientes, & ipſum baptizatum, & illius patrem, & matrem; nec non inter baptizantem, & baptizatum, & baptizati patrem, & matrem, contrahitur tantum ſpiritualis cognatio.

Cognatio ſpiritualis.

Vbi ſup.

### *Pœna Parrochi non denuntiantis ſpiritualem cognationem. Cap. III.*

ORdinarij quoque arbitrio puniatur Parrochus ille, qui vltra deſignatos in ſuperiori dicto, ideſt, ultra leuantes, leuatum, & leuati parentes admiſerint ad tangendum baptizatum. Quod idem de Confirmatione iudicium erit, ut nempe inter confirmantem, & confirmatum, illiuſque ad patrem, & matrem, ac tenentem, non contrahatur ſpiritualis cognatio.

Ibidem.

### *De Pœnitentiario. Cap. IIII.*

POſtquam aliqua de baptiſmi miniſterio præmiſimus, nunc ad miniſtrum Sacramenti Pœnitentiæ, hoc eſt, ad Pœnitentiarium tranſitum faciamus. Dicentes,

De Pœnitentiario.

Seſſ. 24. cap. 8

 quod

Inſ.li.2.trac. 4.c.16

quòd Epiſcopus, pro confeſsionibus audiendis in Cathedrali Eccleſia, Pœnitentiarium aliquem conſtituere debet, qui Magiſter ſit, & Doctus, aut licentiatus in Theologia, uel Iure Canonico, & annorum quadraginta, ſeu alius, qui aptior pro loci qualitate reperiatur.

## *Præsbyteri, niſi ab Epiſcopo probentur, aut parrochiam teneant, non poſſunt abſoluere.*

## *Cap. V.*

Seſſ.23.c.15.

lib.2.tract.4. c.12

ET quoniam animarum regimen eſt ars artium, ideo diligentia magna examinabit Epiſcopus, quos admiſſurus eſt ad Confeſſiones audiendas, nec niſi per ipſum approbati audeant Pœnitentiæ ſacramentum alicui miniſtrare, etiam ſi fuerit alicuius regulæ profeſſus. Quòd ſi parrochiale beneficium obtineat, idoneus iudicabitur.

## *Quòd omnes vtriuſque ſexus confiteantur ſemel in anno.*

## *Cap. VI.*

Seſſ.14.c.5.& can.8

Seſſ.13.can.9. c.omnis vtriuſque.de pœnit.

Contra non communicantes ſemel in anno.

CVm erga Deum pietas, & charitas nimis admodum refriguerit, ut Chriſtiani non modò ſæpius in anno eorum peccata confiteantur, ſanctiſſimumque Euchariſtiæ ſacramentum ſumant, ut par eſt, uerum etiam uix in Paſchate, (quod ſancta mater Eccleſia ſtatuit, & omnibus ſub peccato mortali præcipit in Lateranen. Concilio,) hoc faciant. Propterea ergo ut illorum ignauiæ, & impietati occurratur, ſacroſancta Tridentina Synodus mandat, ut Archipræsbyteri, Epiſcopique etiam inuigilent. quapropter nona die poſt Paſchatis feſta elapſa, mandet Archipresbyter, Curatiſque ſuis Epiſcopus ſub pœnis grauiſſimis, ut ſibi, ſeu eius Vicario generali, denuncient quotquot neglexerint præceptis Eccleſiæ parere; &, ſi opus fuerit,



fuerit, etiam cenſuris Eccleſiaſticis parere compellat, qui ad communionem venire detrectant.

## *Sanctimonialium confeſsio crebra ſit.*

## *Cap. VII.*

ATtendant diligenter Epiſcopi, & cæteri ſuperiores monaſteriorum ſanctimonialium, ut in conſtitutionibus earum admoneantur ſanctimoniales, ut ſaltem ſemel ſingulis menſibus confeſſionem peccatorum faciant, & ſacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipiant, ut eo ſalutari præſidio muniant ſe, ad omnes oppugnationes dæmonis fortiter ſuperandas.

Seſſ.25.c.10. li.2.tra.7.c.4.

Moniales ſæpius cōfiteantur.

## *Præter ordinarium alius extraordinarius Confeſſor ter in anno monialibus offeratur.*

## *Cap. VIII.*

PRæter ordinarium autem Confeſſorem alius extraordinarius ab Epiſcopo, & aliis ſuperioribus bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium confeſſiones audire debeat.

Vbi ſup.

Seſſ.25.c.10. li.2.tra.7.c.4.

## *Ad diuinum miniſterium non niſi idonei admittantur.*

## *Cap. IX.*

INſuper Epiſcopus in uiſitatione ſuæ diœceſis illud unum præ oculis præcipuum habeat ſæpe, nempe ſuos Sacerdotes examinare de iis, quæ ad Miſſæ ſacrificium attinent, ut non, niſi qui idonei fuerint reperti, ad diuinum miniſterium aſſumantur.

Seſſ.2.c.1.

## *De obſeruandis, & euitandis in celebratione Miſſæ.* *Cap. X.*

Viſitator in miſſarũ celebratione quę prohibere deber. Seſſ. 22.

ILludq; etiam ob oculos habeat Epicopus Concilij Tridentini decretum, videlicet, De obſeruandis, & euitandis in celebratione Miſſæ. Et primò omnem auaritiam, irreuerentiam, ac ſuperſtitionem omnem, quę a tanti ſacrificij dignitate omnino aliena eſſe debent; atque etiam in poſterum, cuiuſuis generis mercedum conditiones, pacta, & quicquid pro miſſis nouis celebrandis ſolitum erat dari; nec non importunas, atq; illiberales eleemoſynarum exactiones potius quàm poſtulationes, aliaq; huiuſmodi; quæ a ſimoniaca labe, uel certe a turpi queſtu non longe abſunt, omnino prohibeat. Singuliq; in ſuis diœceſibus ordinarij poſthac interdicant, ut omnis irreuerentia uitetur, ne cui uago, & ignoto ſacerdoti Miſſas celebrare liceat, neminemq; præterea, qui publice, & notorie crimnoſus ſit, aut ſancto altari miniſtrare, aut ſacris intereſſe permittant.

Vagus, & ignotus, ac notoriè criminoſus celebrare prohibeatur.

## *Non in priuatis domibus, aut extra Eccleſiam, ſiue oratoria ab Epiſcopo non approbata, celebrare permiſſum eſt alicui.* *Cap. XI.*

Ibid. ſeſſ. 22.

NEc etiam patiantur prędicti ordinarij priuatis in domibus, atque omnino extra Eccleſiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata Oratoria ab eiſdem ordinarijs deſignanda, & uiſitanda, ſanctum hoc altaris ſacrificium a ſecularibus, aut regularibus quibuſcunq; peragi. Ac niſi prius qui interſunt, decenter compoſito corporis habitu declarauerint ſe mente etiam, atque deuoto cordis affectu, non ſolum corpore adeſſe.

Miſſa deuoto cordis affectu & compoſito corporis habitu audiri debet.

*Non*



## *Non alias preces, ritus, aut cerimonias, quam quæ ab Eccleſia receptæ ſunt, ſacerdotes abhibeant in Miſſa.* *Cap. XII.*

POſtremo ne ſuperſtitionis locus aliquis detur, edicto, & pœnis propoſitis caueant Epiſcopi, ne ſacerdotes alijs, quàm debitis horis celebrent; neve ritus alios, aut alias cerimonias, & preces in Miſſarum celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab Eccleſia approbatæ, ac frequenti, & laudabili uſu receptę fuerint. Et ſummatim Epiſcopus ſumma cum diligentia etiam tanquam ſedis Apoſtolicę delegatus, curabit ſingulorum oppidorum Archiprebyteros illud iam dictũ decretum intelligere, & totum omnino ſeruare. Non enim omnia quæ in eo pręcipiuntur decreto, hic ponere uolui, ſed ea duntaxat, quæ magis ſcitu neceſſaria mihi uidebantur.

In Miſſa nil dici, uel minui debet, ꝙ ab Eccleſia non ſit inſtitutus.
Vbi ſupra.
Notent hic Sacerdotes.

## *De qualitatibus ordinandorum inquirendis.* *Cap. XIII.*

CVm paratum oporteat Epiſcopum eſſę pro munere fungendo ad promouendos omnes ad ſacros ordines, qui natalibus, uita, moribus, atq; doctrina prius examinati, & idonei reperti erunt tẽporibus ab Eccleſia ſtatutis; Propterea præcipiet ipſe, vt omnes promouendi tempore a ſacro Concilio Tridentino ordinato; quod eſt, ut qui ad ſacrum miniſterium accedere voluerint, feria quarta ante ipſam ordinationem ad ciuitatem euocentur, coram eo compareant, diligentiq; ab eo examine de eorum ętate, hoc eſt nunquid ſubdiaconus ſit annorum 22. Diaconus 23. Presbyter 25. ſicq; probati, honeſtate & doctrina, & ad quos titulos cupiant promoueri examinentur, ac exacte interrogentur. Nam ſi ad ſimplicis, vel curati beneficij titulum quis ſe ordinari dixerit; tunc pacati ab illo beneficium poſsideri Epiſcopo compertum eſſe debet. Si autem ad Eccleſiæ Collegiatæ titulum, (ut plęrique facere ſolent) ordinem ſuſcipere velint, ad eundem Epiſcopum ſcire ſpectabit, num præter penſionem,

Seſſ. 7. c. 13
Seſſ. 23. c. 7. 8. 12. 13. & 14.
Aetas ordinãdorum.
Vbi ſup.
Omnia vbi ſupra.

quam

quam ex fructibus Eccleſiæ illis contigerit, ſit aliqua alia eis paterna hęreditas, aut penſio, quas illi habere fatentur, & nunquid hęc ſibi ad uitam, dignitatemq; ſuſtentandam ſufficiant. Turpiſſimum eſt enim, qui diuino miniſterio mancipati, adſcriptiue ſunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere; quod Epiſcopi negligentia fieri nullo pacto debet.

Seſſ. 21. c. 2

Pauperes ordinibus ſacris nõ initiandi.

## *De initiandis prima Tonſura. Cap. XIIII.*

ET ſi de promouendis ad ſacros ordines ſupra nonnulla adnotata ſunt, admonendi tamen iterum ſunt Epiſcopi omnes, ut ad primam tonſuram nullum admittant, qui prius non ſit confirmatus Sacramento Chriſmatis, & rudimenta fidei edoctus, quique didicerit legere, aut ſcribere; & qui non cauſa fugiendi ſecularis iudicij, ſed qui eligat hoc uitę genus, ut fidelem cultum Deo deuotus præſtet.

Seſſ. 23. c. 4

Non confirmatus non ordinetur.

## *De promouendis ad minores ordines. Cap. XV.*

VT autem multa paucis perſtringamus in conferendis quibuſcunque ordinibus minoribus, præ oculis ſemper habeat Epiſcopus Canones ſacri Concilij, nempe ut nullum promoueat ad minores ordines, niſi prius a Parrocho, ſeu a magiſtro ſcholę teſtimonium habeat bonum de legitima eorum procreatione, ętate, moribus, uita, & doctrina, ac per menſem ante ordinationem ipſum Epiſcopum adeant; ac demum ſaltem per annum in altero ordine ſeruiuerint, priuſquam ad alium admittantur ordinem; ut eo accuratius interim poſſint edoceri, ac in unoquoque munere ſe exercere.

Seſſ. 23. cap. 5 & 7.

Inſ. lib. 2. trac. 1. cap. 24.

Vbi ſupra.

De



## *De clericis coniugatis ſubrogandis in locum Hoſtiariorum. Cap. XVI.*

NOn ſolum autem curet Epiſcopus, vt prædicti quatuor Ordines minores in Eccleſiis aſsiduè exerceantur, ſed & aliqua eorum ſtipendia eis aſſignare debet. Quòd ſi Hoſtiarii, Acolyti, & cæteri ordines Eccleſiarum obſequio præſto non erunt, coniugati clerici uitæ probati, (dummodo non bigami) ad ea munera obeunda idonei; & qui tonſuram, & habitum clericalem in Eccleſia geſtent, aſſumantur, ſecundum quod præcipiunt præcepta Concilij Tridentini. Non tamen liceat filiis clericorum, qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio, in Eccleſiis, vbi patres eorum beneficium habent, aut habuerunt miniſtrare; nec beneficium etiam diſsimile obtinere, nec penſiones ex beneficiis prædictorum parentum habere. Quòd ſi in præſenti pater, & filius in eadem Eccleſia beneficia obtinere reperiuntur, cogatur filius ſuum beneficium reſignare, aut cum alio permutare extra Eccleſiam, intra trium menſium ſpatium; aliàs ipſo iure eo priuatus exiſtat.

Seſſ. 23. c. 17.

De mercede Hoſtiariorũ.

Seſſ. 23. c. 6.

Seſſ. 25. c. 10.

Filij præsbyterorum nec miniſtrare, nec beneficia habere poſsũt in eccleſiis patrum.

## *Veſtes clericales adhibeant clerici. Cap. XVII.*

VNde, vt dicti Concilij præcepta ad plenum ſeruentur, procuret Epiſcopus, ut eius clerici laicorum ueſtibus nullibi unquam deprehendantur induti; ſed omni tempore togatos eos incedere præcipiet; ut eo habitu ordinis grauitatem oſtendant; & vitæ honeſtatem, qua eſſe debent ornati, præſeferant. Quòd ſi monitis Epiſcopi, aut eius edicto minimè paruerint, tales condigna in eos animaduerſione, id eſt, per ſuſpenſionem ab ordinibus, officio, beneficio, fructibus, redditibus, & prouentibus ipſorum beneficiorum; uel etiã ſi ſemel correpti, per priuationem omnium prædictorum, plectere iam dictus Epiſcopus non differat, & præcipuè, qui nomine paupertatis excuſari non poterunt.

Seſſ. 14. cap. 6

Pœna non deferentium clericalem habitum.

D Or-

### *Ordinari non debet, qui latinam linguam non nouit.* *Cap. XVIII.*

Seſſ.23.c.17 QVoniam autem diximus Epiſcopum neminem ordinare debere, niſi prius ſe in unoquoque ordine per annum exercuerit in Eccleſiarum miniſterijs; proinde nullum etiam poſthac ordinabit, niſi per temporum prædictorum, (niſi aliud uidebitur Epiſcopo) interſtitia; ac niſi eum, qui latinam linguam intelligat.

Seſſ.23.c.11

Ordinādi ſaltem latine ſciant.

### *De qualitatibus ordinandorum inquirendis.* *Cap. XIX.*

Seſſ.23.c.7 SEd cum ordines ſacros Epiſcopus intendit conferre aliquibus, feria quarta ante ordinationem, quod & ſupradictum eſt, uel etiam quando ipſi uidebitur, ordinandi ad ſe ipſi euocentur, ut eorum genus, perſonam, ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inueſtiget, atque examinet.

### *De ordine ſeruando in promotionibus.* *Cap. XX.*

Seſſ.23.c.13 DVo ſacri ordines nullo modo eodem die etiam Regularibus per Epiſcopum aliquem conferantur, priuilegijs, ac indultis quibusuis conceſſis non obſtantibus quibusſcunque.

### *Quem non ſcientiæ ſpes maioribus ordinibus dignum oſtendit, ijs initietur nemo.* *Cap. XXI.*

Seſſ.23.c.11 QVinimò ſacris ordinibus poſthac initietur nemo, quem non ſcientię ſpes maioribus dignum oſtendat, ut Pauli ſeruetur conſilium, nempe ut non cito cuilibet imponat manum; ne forte commiſceat peccatis alienis.

*De*



### *De locis, & temporibus ordinationum.* *Cap. XXII.*

STatutis præterea a iure temporibus in Cathedrali Eccleſia uocatis, præſentibusq; ad id Eccleſiæ canonicis, publicè ordines ſacri ab Epiſcopo conferantur. Seſſ.23.cap.8.

### *De uagis, & non ſibi ſubditis non ordinandis.* *Cap. XXIII.*

ET nullatenus Epiſcopus non ſibi ſubditos, (niſi eorum probitas ordinarij ſui teſtimonio commendetur) promoueat; itemq; nec etiam uagabundi per ipſum ullo modo ſine ſui ordinarij commendaticijs literis ordinari debent. Seſſ.23.c.16

### *De familiaribus non ordinandis.* *Cap. XXIIII.*

ITem Epiſcopus nullum familiarem ſuum non ſubditum, niſi per triennium ſecum fuerit commoratus, ac beneficium iam collatum, uel conferendum ſit ei ſtatim, conſuetudine quacunque in contrarium non obſtante, ordinare non poſſit. Seſſ.23.c.9

### *De clericis homicidis non ordinandis.* *Cap. XXV.*

CVm etiam qui per induſtriam occiderit proximum ſuũ, & per inſidias, ab altari auelli debeat, qui ſua uoluntate homicidium perpetrauit, etiam ſi crimē id nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum fuerit, nullo tempore ad ſacros ordines promoueri poſſit, nec illi aliqua beneficia etiam non curata conferri liceat, ſed perpetuò omni officio, & beneficio careat. Si uero homicidiũ non ex propoſito, ſed caſu, uel uim ui repellendo fuiſſe commiſſum narretur, tunc talis cauſa committatur loci ordinario, uel ex cauſa Metropolitano, aut alteri Epiſcopo, qui non niſi cauſa cognita, & probatis precibus diſpenſare poſſit.

Exo.21
Seſſ.14.c.7
lib 2. tract.5. c.26.

Homicida an ſemper ab ordinibus repellatur.

D 2 *De*

## *De promouendis ad Præsbyteratum.* Cap. XXVI.

Seſſ.23.c.14 ASſumat denique Epiſcopus ad præsbyteratus ordinē illum, cuius bonum habeat teſtimonium, & illum, qui in Diaconatu ad minus per annum integrum iam miniſtrauerit; & ad populum docendum, quę ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, & ad miniſtranda ſacramenta diligenti pręcedente examine etiam idoneus comprobetur, ut ſic caſtis conſpicuo moribus, uitæ monita populus ab eo expectare poſſit.

## *Qui de altari uiuunt, altari ſeruire debent.* Cap. XXVII.

Seſſ. 22. c.4. Lib.2.tract.1. c.46. ADuertendum erit etiam cuilibet Epiſcopo, ut qui dignitates, perſonatus, præbendas, portiones, ac quęlibet alia beneficia, aut aliàs diuinis mancipatus ſit officijs, ordines ad prędicta officia, & beneficia requiſitos infra annum ſuſcipere feſtinent; Aliàs ſemel, aut bis monitum non parentem, priuabit illum Epiſcopus ſuo beneficio. Quòd ſi facultates, ſeu diſpenſationes de ſe non promouendo habere dixerit, illas Epiſcopus exhibere cogat, ut ei non plus temporis ſuffragentur, quàm a Concilio ſancitum eſt.

De non promouendo. Seſſ.7.c.12

## *De Matrimonijs clandeſtinis.* Cap. XXVIII. Cap. XXVIII.

Seſſ.24.c.1 Lib.2.tract.4 cap.11 CVrabit prǽterea Epiſcopus, ut in ſua dięceſi ſeruetur decretum ſeſſionis.24. de reformatione Matrimonij: Ne quis clam matrimonia contrahat; ſed prius ter in diebus feſtiuis inter Miſſarum ſolemnia fiat populo denunciatio, & ſponſalia contrahantur per proprium Parrochum coram duobus, ad minus, teſtibus; finitaq; denunciatione declaretur matrimonium. Aliter contracta a die confirmationis Concilij Tridentini matrimonia erunt irrita, & penitus nulla. Et ſi (quod abſit) aliquos inuenerit Epiſcopus ſacerdotes, qui

Denunciatio publica matrimonij contrahendi. Coniuges a proprio Parrocho benedici debent. Matrimonia nulla, quæ ſint.



aufi ſint benedicere ſponſos alterius parrochiæ, eos grauiter puniat.

## *Quando poßit remitti denunciatio.* Cap. XXIX.

QVòd ſi aliquādo probabilis fuerit ſuſpitio matrimonium malitioſe impediri poſſe, ſi tot pręceſſerint denunciationes; Tunc uel una tantum denūciatio ſufficit, uel ſaltem Parrocho, & duobus, uel tribus teſtibus prǫſentibus matrimonium celebretur. Deinde ante illius conſumationem in Eccleſia fiant, ut ſi aliqua ſubſunt impedimenta, facilius detegantur, niſi ordinarius ipſe expedire iudicauerit, ut prędictę denunciationes remittantur. quod illius prudentię & iudicio ſancta Synodus relinquit. Vbi ſupra. Denunciatio matrimonij, quādo poſſit ceſſare.

## *Liber matrimoniorum.* Cap. XXX.

PAriformiter Epiſcopus in Viſitatione ſuæ Dięceſis inſpiciet librum, in quo Parrochus debet inſcribere matrimonia, & ſponſorum, & teſtium nomina, diemque, & locum contracti matrimonij. Quem ut apud ſe diligenter cuſtodiat Parrochus præcipiet Epiſcopus. Seſſ.24.eod.c.

## *Decretum hoc de reform. matrimonij in omnibus parrochijs publicetur.* Cap. XXXI.

QVilibet Epiſcopus illud decretum de matrimonijs clandeſtinis, deque publica denunciatione matrimonij contrahendi, quandoque etiam poſſit denunciatio remitti; deq; ordinarij arbitrio, de denunciationibus remittendis, & quando etiam matrimonia nulla ſint, quodq; a Parrocho coniuges benedicantur, & quòd Parrochus matrimoniorum conſcribendorum librum habeat, curet populo publicari, & explicari ſingulis ſuarum dięceſum parrochialibus Eccleſijs.

Vbi ſup. in fi. Decretum de reform. mat. a Parrocho publicādum eſt populo.

QVAE

# QVÆ VENIANT AB EPISCOPO OBSERVANDA

## *Circa reliquam paſtoralis ſui officij curam.*

# Tractatus Quartus.

## ANNOTATIO SINGVLORVM CAPITVM Quarti Tractatus.

1 *De collegijs puerorum ad miniſteria inſtituendis.*
2 *Quibus diſciplinis prædicti pueri in ſeminario exiſtentes ſint inſtituendi.*
3 *Authoritas Epiſcopi cum adiunctis in omnia Eccleſiaſtica beneficia pro collegio, ſeu ſeminario inſtituendo.*
4 *Pœna negligentium collegia inſtituere.*
5 *Generalis Epiſcopi authoritas, ſuper omni difficultate inſtitutionem ſeminarij, ſeu conſeruationem impediente.*
6 *Forma collationis Parrochialium.*
7 *Noui examinatores ſingulis annis ab Epiſcopo eligi debent.*
8 *Cui conferendæ ſint eccleſiæ.*
9 *Examinatorum qualitates.*
10 *Improbatio aliarum prouiſionum.*
11 *Patroni alij quàm Epiſcopo non præſentent.*
12 *Epiſcopus præſentatos poteſt repellere.*
13 *Authoritas ordinarij iura patronatuum reuocandi:*
14 *Patronatuum iura uti probari debeant.*
15 *Quando ſine examine ordinarius poteſt conferre.*
16 *Anni 14. ad beneficium obtinendum.*
17 *Aetas annorum 25. in dignitatibus curatis.*
18 *Archidiaconi ſint Doctores.*
19 *Aetas annorum 22. in dignitatibus non curatis.*
20 *Dignitates indignis non conferantur.*

*Nemo*



21 *Nemo in duabus conſcribatur Eccleſijs, & vnum vni beneficium conferendum.*
22 *Beneficia curata in ſimplicia non conuertantur.*
23 *Simplicia beneficia in curata conuertantur.*
24 *De beneficijs regularibus.*
25 *Parrochiæ numerum licet Epiſcopo augere.*
26 *Epiſcoporum authoritas in vniendis Eccleſijs.*
27 *Epiſcopi authoritas in præbendis vniendis.*
28 *Beneficia penſionibus non grauentur.*
29 *Parrochiæ diſtingui debent.*
30 *Noua Parrochiæ vbi opus fuerit, conſtituantur.*
31 *De vnionibus irritandis.*
32 *Epiſcoporũ authoritas in transferendis & reficiendis Eccleſijs.*
33 *Authoritas ordinarij in Eccleſijs reparandis.*
34 *Ordinarij authoritas in viſitandis beneficijs.*
35 *Summa Epiſcoporum in omnibus etiam exemptis Eccleſijs viſitandis authoritas.*
36 *Ampliſſima Epiſcoporum authoritas in viſitandis locis pijs etiam laycorum.*
37 *De hoſpitalitate ſeruanda.*
38 *Authoritas Epiſcopi priuandi adminiſtratione hoſpitalium.*
39 *Ordinarij poſſunt hoſpitalium fructus in alios vſus cõuertere.*
40 *Adminiſtratio hoſpitalium per triennium.*
41 *Sanctimonialium clauſura.*
42 *Sanctimoniales intra mœnia vrbis reducendæ.*
43 *Contra vſurpantes bona Eccleſiaſtica.*
44 *Epiſcoporum authoritas ſuper miſſis, alijsq; a defunctis legatis,*
45 *De commutationibus vltimarum voluntatum.*
46 *De ſacris imaginibus.*
47 *De nouis imaginibus non pingendis ſine licentia Epiſcopi.*
48 *Noua miracula non admittantur ſine cognitione Epiſcopi.*
49 *De reſidentia Prælatorum.*
50 *Quo tempore maxime reſidendum eſt a Prælatis.*
51 *Contra inferiores non reſidentes.*
52 *Pœna Eccleſiæ præpoſitorum non reſidentium.*

*Pœna*

53 *Pœna non reſidentium.*
54 *Reſidentia in dignitatibus.*
55 *Diſpenſationes de non reſidendo vti admittendæ.*
56 *De imperitis, & turpibus rectoribus.*
57 *Notarij imperiti prohibentur exercere officium ſuum.*
58 *Authoritas Epiſcopi clericos non idoneos ſuſpendendi.*
59 *Contra concubinarios.*
60 *De clericis ab Epiſcopo alieno non puniendis.*
61 *Authoritas Prælatorum in corrigendis clericis.*
62 *Authoritas Epiſcoporum, & maiorum Prælatorum in capitulis corrigendis.*
63 *Prælatorum authoritas in ſuos ſubditos.*
64 *Authoritas Epiſcopi ſuper delictis occultis diſpenſandi.*

## *De collegijs puerorum ad miniſteria inſtituendi. Cap. I.*

Seſſ. 23. c. 18.

PRo illis uerò, qui recipiendi ſunt in Seminarium, non eiuſmodi adhibebit Epiſcopus diligentiam, qualem circa adſumendos ad ordines ipſum oportuit adhibere. Proinde in eiuſdem Seminarij inſtitutione faciat Epiſcopus ſuum poſſe. Et ſi pro tenuitate Cathedralis Eccleſiæ ſuę hoc per ſe non poterit inſtitui collegium; Synodus prouincialis, uel Metropolitana, cum duobus antiquioribus ſuffraganeis Epiſcopis, in Eccleſia Metropolitana, uel aliæ prouinciæ Eccleſia commodiori vnum, aut plura collegia, prout opportunum iudicabit Synodus, aut ipſe Metropolitanus ex fructibus duarum Eccleſiarum, in quibus ſingulis Seminarium commodè conſtitui non poteſt, erigenda curabit; ubi pueri illarum comprouincialium Eccleſiarum educentur. Et ſic hoc modo quilibet Epiſcopus, ſiue ſuffraganeus ex ſuis clericis in ſeminarium ponere poterit, ut omnino, & doctos aliquos in ſua diœceſi habeat uiros promouendos, & decretum ſacri Concilij penitus non deſeratur, ſed in aliquo ſaltem cuſtodiri uideatur.

De prouinciis habentibus Eccleſias pauperes.

Vnde ſumptus pro collegio.

*Quibus*



## *Quibus diſciplinis prædicti pueri in ſeminario exiſtentes ſunt inſtituendi. Cap. II.*

VT uerò prædicti filij, qui in iam dicto collegio commorantur, diſciplina aliqua Eccleſiaſtica inſtituantur, tonſura ſtatim, atq; habitu clericali ſemper utentur; Grammatices, cantus, Computi Eccleſiaſtici, aliarumq; bonarum artium diſciplinam diſcant; ſacram ſcripturam, libros Eccleſiaſticos, Homilias ſanctorum, atq; ſacramentorum tradendorum; maxime quæ ad confeſſiones audiendas uidebuntur opportuna; & rituum, ac cerimoniarum formas ediſcant. Curet etiam Epiſcopus, ut ſingulis diebus Miſſæ ſacrificio interſint, ac ſaltem ſingulis menſibus confiteantur peccata ſua, & iuxta confeſſoris iudicium, ſumant corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti; Cathedralique, & alijs loci Eccleſijs diebus feſtis inſeruiant. Diſcolos, & incorrigibiles, ac malorum morum ſeminatores acriter Epiſcopus puniat, eosq; etiam, ſi opus fuerit, expellat.

Vbi ſupra.

Pueri Seminarij quotidie audiant Miſſam, & ſemel in menſe confiteantur ſua peccata, Corpus Chriſti ſumant, & Eccleſiis ſeruiãt.

## *Auctoritas Epiſcopi cum adiunctis in omnia Eccleſiaſtica beneficia pro Collegio, ſeu ſeminario inſtituendo. Cap. III.*

IDem Epiſcopus cum conſilio duorum de Capitulo, quorum alter ab Epiſcopo, alter ab ipſo capitulo eligatur; itemq; duorum de Clero ciuitatis, quorum quidem alterius electio ſimiliter ad Epiſcopum, alterius uerò ad Clerum pertineat, ex fructibus integris menſæ Epiſcopalis, & capituli, & quarumcunque dignitatum, perſonatuum, officiorum, prębẽdarum, portionum, Abbatiarum, & Prioratuum cuiuſcunque ordinis etiam regularis, Hoſpitalium, & cæterarũ huiuſmodi, etiam aliorum Collegiorum, in quibus tamen ſeminaria diſcentium, uel docentium, ad commune Eccleſiæ bonum promouendum actu non habentur, prouideat. Hęc enim exempta uoluit eſſe ſancta ſynodus, præterquam ratione redditũum, qui ſuperflui eſſent ultra conuenientem ipſorum Se-

Seſſ. 23. c. 18

Lib. 2. tract. 3. c. 4.

Seminarij erectio, cum quibus ſit facienda.

E mi-

minariorum ſuſtentationem, ſeu corporum, uel confraternitatum, & omnium monaſteriorum, non tamen mendicãtium, etiam ex decimis quacunque ratione ad laicos, ex quibus ſubſidia Eccleſiaſtica ſolui ſolent, & ad milites cuiuſcunque militiæ, aut ordinis pertinentibus; Fratribus ſancti Ioannis Hieroſolymitani duntaxat exceptis, partem aliquam, uel portionem detrahet; & eam portionem ſic detractam, nec non beneficia aliquot ſimplicia cuiuſcunque qualitatis, & dignitatis fuerint, uel etiam præſtimonia, uel præſtimoniales portiones nuncupatas, etiam ante uacationem ſine cultus diuini, & vllo obtinentium præiudicio huic Collegio applicabunt, & incorporabunt.

### *Pœna negligentium Collegia inſtituere. Cap. IIII.*

Vbi ſup.

QVòd ſi Cathedralium, atq; aliarum maiorum Eccleſiarum Prelati in hac Seminarij erectione, eiuſq; conſeruatione negligentes fuerint, ac ſuam portionem ſoluere detrectauerint, Epiſcopum Archiepiſcopus, & ſuperiores Synodus prouincialis acriter corripere, eoſq; ad omnia ſupradicta cogere debeat. Et ut quamprimùm hoc ſanctum pium opus, ubicunque fieri poterit, promoueatur, ſtudioſè curabit.

Prouincialis ſynodi partes ad inſtituendum Seminarium.

### *Generalis Epiſcopi auctoritas ſuper omni difficultate inſtitutionem Seminarij, ſeu conſeruationem impediente. Cap. V.*

Vbi ſupra.

POſtremò ſi uel pro unionibus, ſeu pro portionum taxatione, aſſignatione, incorporatione, aut qualibet alia ratione, difficultatem aliquam oriri contigerit, ob quam huius Seminarij inſtitutio, uel conſeruatio impediretur, aut perturbaretur, Epiſcopus cum ſupra deputatis, uel ſynodus prouincialis, pro Eccleſiarum, & beneficiorum qualitate, moderando, aut augendo omnia, & ſingula ad profectum Seminarij, neceſſaria decernere, ac prouidere ualeat.



### *Forma collationis Parrochialium. Cap. VI.*

Seſſ. 24. c. 18. Lib. 2. tract. 5 c. 10 Collatio parrochialium, quomodo fiat.

NVnc ad formam collationis beneficiorum trãſeamus, dicentes, quòd Epiſcopus ſtatim habita notitia uacationis Eccleſię, ſi opus fuerit, debet idoneum in ea Vicariũ, cum congrua eius arbitrio fructuum portionis aſſignatione conſtituere, qui onera ipſius Eccleſię ſuſtineat, donec de Rectore prouideatur. Idem prætereà Epiſcopus, & qui ius patronatus habet, intra decem dies, uel aliud tempus ab Epiſcopo præſcribendum, idoneos clericos ad regendam Eccleſiam coram deputandis examinatoribus nominet. Imò & alij etiam per publicum edictum, ſi hoc expedire uidebitur, uocentur, qui uolent examinari; ut de cuiuſlibet ætate, moribus, atque ſufficientia fieri poſſit diligens inquiſitio. Tranſacto tempore conſtituto, omnes qui deſcripti fuerint, examinentur ab Epiſcopo; ſiue eo impedito, ab eius Vicario generali, atque ab aliis examinatoribus, non minoribus, quàm tribus. Quorum uotis, ſi pares, aut ſingulares fuerint, accedere poſſit Epiſcopus, uel Vicarius, quibus magis uidebitur.

Nota.

### *Noui examinatores ſingulis annis ab Epiſcopo eligi debent. Cap. VII.*

Vbi ſupra. Sex eligi debent examinatores. Lib. 2. trac. 5. cap. 10

EXaminatores autem ſingulis annis in diœceſana ſynodo ab Epiſcopo, uel eius Vicario, ad minus ſex proponantur, qui ſynodo ſatisfaciant, & ab ea probentur. Aduenienteq; uacatione cuiuslibet Eccleſiæ, tres ex illis eligat Epiſcopus, qui cum eo (ut dictum eſt) examen perficiant.

## Examinatorum qualitates. Cap. VIII.

Vbi ſupra.

SInt uerò examinatores Magiſtri, ſeu Doctores, aut licentiati in Theologia, aut iure canonico, uel alij clerici, ſeu Regulares, etiam ex ordine Prædicatorum, aut etiam ſeculares, qui ad id uidebuntur magis idonei. Iurentq; omnes ad ſancta Dei Euangelia, quacunque humana affectione poſtpoſita, fideliter munus ſuum executuros.

Iuſiurandum ab examinatoribus præſtandum.

## Cui conferendæ ſint Eccleſiæ. Cap. IX.

Seſſ.7.c.3 lib.2.tract.5. c.23.

PEracto deinde examine, Epiſcopus ex his eum eligat, quem cęteris magis idoneum iudicauerit, atq; illi, & nō alteri collatio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quē ſpectabit eam conferre. Si vero Iuriſpatronatus Eccleſiaſtici hoc erit, ſeu intererit; ac inſtitutio ad Epiſcopum, & non ad alium pertineat; Is, quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicabit, Epiſcopo prę́ſentare teneatur, ut ab eo inſtituatur. Cum uerò inſtitutio ab alio, quàm ab Epiſcopo erit facienda, tunc Epiſcopus ſolus ex dignis eligat digniorem quem Patronus ei præſentet, ad quem inſtitutio ſpectat. Quòd ſi Iuspatronatus laicorum fuerit, debeat qui a Patrono præſentatus erit, ab eiſdem deputatis, ut ſupra examinari, & non niſi idoneus repertus fuerit, admitti.

De iure patr. Eccleſ.

De iure patr. laicor.

## Improbatio aliarum prouiſionum. Cap. X.

Vbi ſupra.

ALias prouiſiones omnes, ſeu inſtitutiones præter ſupradictam formam factę ſurreptitiæ eſſe cenſeantur; non obſtantibus huic decreto exemptionibus, indultis, priuilegijs, prę́uentionibus, affectionibus, nouis prouiſionibus, & indultis conceſſis quibuſcunque.

Patronâ



## Patroni alij, quàm Epiſcopo non præſentent. Cap. XI.

ET ſi aliqui poſt confirmationem ſacri Concilij Tridentini abſque Epiſcopi approbatione fuerint prę́ſentati ad aliqua beneficia a quibuſuis perſonis, illaq; poſſederint, eos ab huiuſmodi poſſeſſione audacter Epiſcopus remoueat, alios eiſdem beneficijs prę́ficiendo arbitrio ſuo qui debitum præſtent obſequium Eccleſijs, donec dinoſcant, quid in ſacra Tridentina ſynodo ſancitum ſit, ut ſic ſtultus in culpa fiat ſapiens in pœna.

Seſſ.14.c.13.

Patroni non aliis, quàm Epiſcopo præſentare poſſunt.

## Epiſcopus præſentatos poteſt repellere. Cap. XII.

AD hęc liceat Epiſcopo præſentatos a patronis repellere, ſi idonei non fuerint. Quòd ſi ad inferiores inſtitutio pertineat, ab Epiſcopo tamen, iuxta aliàs ſtatuta a ſancta ſynodo examinentur. Alioqui inſtitutio ab inferioribus facta irrita ſit, atque inanis.

Seſſ.25.c.9.
Seſſ.24.c.18
Ibid.c.13

## Auctoritas ordinarij Iura patronatuum reuocandi. Cap. XIII.

QVinimo omnes patronatus acquiſitos a quadraginta annis citra uideat Epiſcopus; & qui non fuerint in euidentem Eccleſiæ utilitatem erecti, ipſos in totum reuocabit.

Seſſ.25.c.9.

## Patronatuum iura uti probari debent. Cap. XIIII.

DEbet etiam Epiſcopus omni diligentia cognoſcere Iuriſpatronatus titulos, conſiderans, an tales tituli ſint ex fundatione, uel dotatione; qui ex authentico Inſtrumento, documentove, ſiue alijs a iure requiſitis oſtendatur,

Vbi ſup.

Patronatum iura uti probentur.

tur,

tur, aut literis fidem facientibus; uel etiam ex præſentationibus multiplicatis antiquiſſimo temporis curſu; quorum memoria in contrarium non obſtat, & alijs ſecundum iuris diſpoſitionem probationibus comprobentur.

### *Quando ſine examine ordinarius poteſt conferre.* Cap. XV.

Ibidem.

Parrochialis Eccleſia quando cōferri poſſit ſine prævio examine.

SI tamen adeo exigui redditus dictæ parrochialis fuerint, ut totius huius examinationis operam non ferant, aut nemo ſit, qui ſeſe examini quærat ſubijcere, aut ob apertas factiones, ſeu diſſidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, facilè grauiores rixæ, ac tumultus poſſint excitari; poterit ordinarius, ſi pro ſua conſcientia, cum deputatorum conſilio, ita expedire uidebitur, priuatum aliud examen, cęteris tamen ut ſupta ſeruatis, adhibere.

### *Anni quatuordecim ad beneficium obtinendum.* Cap. XVI.

Seſſ.23.cap.6

Ad obtinendum beneficium 14.anni requiruntur.

SEd certè meminem Epiſcopus etiam prima tonſura initiatum, aut ordinatum, ante decimumquartum annū ſinat obtinere beneficium, nec fori priuilegio gaudere, niſi poſt decimumquartum annum obtinuit beneficium, habitumque clericalem cum tonſura continuè geſtauerit; aut alicui Eccleſiæ, uel in Seminario clericorum, aut in aliqua ſchola, uel Vniuerſitate ex mandato Epiſcopi inſeruiat.

### *Aetas annorum 25. in dignitatibus Curatis.* Cap. XVII.

Seſſ.24. c.12.

lib.2. tract.3. cap.5

NEmo deinceps ad dignitates quaſcunque, quibus animarum cura ſubeſt, promoueatur, niſi qui ſaltem 25. ſuæ ætatis annos attigerit, & in clericali ordine uerſatus, doctrina ad ſuum munus exequendum neceſſaria, ac morum integritate commendetur.

Ar-



### *Archidiaconi ſint Doctores.* Cap. XVIII.

Ibidem.

ARchidiaconi etiam, qui oculi dicuntur Epiſcopi, ſint in omnibus Eccleſijs, ubi fieri poterit, Magiſtri in Theologia, ſiue Doctores, aut licentiati in Iure canonico.

### *Aetas annorum 22. in dignitatibus noncuratis.* Cap. XIX.

Vbi ſupra.

AD cęteras autem dignitates, uel perſonatus, quibus animarum cura ſubeſt nulla, clerici alioqui idonei, & 22. annis minores non aſciſcantur.

### *Dignitates indignis non conferantur.* Cap. XX.

Ibidem.

HOrtantur etiam Epiſcopi, ut dignitates omnes, & ſaltē dimidia pars Canonicatuum in Cathedralibus Eccleſijs, & Collegiatis inſignibus, conferantur tantum, ubi id cōmodè fieri poſſit, magiſtris, uel doctoribus, aut etiam licentiatis in Theologia, uel Iure Canonico.

### *Nemo in duabus conſcribatur Eccleſijs, & unum uni beneficium eſſe conferendum.* Cap. XXI.

Seſſ. 24.c.17. Seſſ.7.c.2. & 4.

ET ſi contigerit quem in aliqua diœceſi exiſtere, qui plura incompatibilia beneficia obtineret, compellat Epiſcopus illum ſuas exhibere diſpenſationes, ut poſſit iuxta Concilij ſanctiones diligenter prouidere, aut Vicario cōſtituendo honeſta fructuum portione illis aſſignata, aut proprios paſtores ad reſidentiam compellendo, aut eos denique beneficijs priuando, cum nemo ſecundum iura in duobus Eccleſijs conſcribi debeat, & unum tantum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis ſit conferendum; quod tamen ſibi, & ſuis ſecundum Canones ſufficiens eſſe debet, & ſecundum ſuam nobilitatem.

c. Ad hæc. c. Cum non ignores, de præben. Diſt. 50.c.ſtudeat. c.ſcientiæ. Diſt. 41.& c. de multa. de pręben.

Bene-

*Beneficia curata in ſimplicia non conuertantur.*
*Cap.* XXII.

Seſſ.25. c.16. li.2.tra.3.c.4.

NVllo modo Eccleſiaſtica beneficia ſecularia quocunq; nomine appellantur, quę curam animarum ex primęua eorum inſtitutione, aut aliter quomodocunque illam retinent; illa deinceps in ſimplex beneficium, etiam aſſignata vicario perpetua congrua portione conuertantur, non obſtantibus quibuſcunque.

*Simplicia beneficia in Curata conuertantur.*
*Cap.* XXIII.

Vbi ſup. Beneficia non curata in curata conuerti poſſunt.

IN Eccleſiis uerò, in quibus contra earum inſtitutionem cura animarum in Vicarium perpetuum tranſlata eſt; ſi congrua fructuum portio Vicario Eccleſiæ nõ fuerit aſſignata, ea quamprimùm aſſignetur. Quòd, ſi commodè id fieri nõ poſſit, cùm primum per ceſſum, uel deceſſum Vicarij, ſeu Rectoris alterum eorum uacauerit, tunc id beneficium curam animarum recipiat, ac Vicariæ nomen ceſſet.

*De Beneficijs regularibus.* *Cap.* XXIIII.

Seſſ.14. c.10.

REgularia beneficia in titulum Regularibus profeſſis prouideri conſueta, cùm per obitum, aut reſignationem, aut aliàs uacare contigerit, religioſis tantum illius ordinis, vel aliis, qui habitum omnino ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneantur, conferantur.

*Parrochiæ numerum liceat Epiſcopo augere.*
*Cap.* XXV.

Seſſ.21.c.4

SI in aliquo oppido populus ſit ita numeroſus, ut perneceſſarium ſit nouas Parrochias erigere; vt quia ad illam matricem Eccleſiam, non ſine magno incommodo

modo



modo omnes conuenire poſſint, & ſacramenta ad ægrotos cũ difficultate deferantur; ſi matrix Eccleſia habet fructus adeò tenues, ut non ſufficiant pro noua erigenda parrochia, Epiſcopus tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, conuocabit primates oppidi, populumq; ipſum, illoſque omnes monebit, ut pro nouo Parrocho ſuſtentando aliquid elargiantur, centuplum a domino expectantes. Quòd ſi parum curabunt iſti animarum ſuarum ſalutem, pro executione decreti circa hoc ſacri Concilij Tridentini, auxilium ſecularis brachij inuocabit. Hoc idem de Rectoribus Eccleſiarum, ut in præmemorato decreto mandatur, ſeruandum haud dubium eſt.

Seſſ.24. c.13. De exiguis beneficiis unione augendis.

*Epiſcoporum auctoritas in vniendis Eccleſijs.*
*Cap.* XXVI.

Seſſ.21.c.5 lib.2. tract.3. c.3.

AT vbi plures erunt parrochiæ, & propter illarum inopiam dignitas Eccleſiaſtica conſeruari non põteſt, pro obſeruatione decreti Sacri Concilij, illas eaſdem perpetuo Epiſcopus tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus uniet ſine præiudicio obtinentium, ut quod multis parum erat, paucis ſit ſufficiens. Non tamen in vnionibus quibuslibet faciendis, Eccleſiæ Parrochiales Monaſteriis quibuſcunque, aut Abbatiis, ſeu dignitatibus, ſeu prębendis Eccleſiæ Cathedralis, uel Collegiatæ, ſiue aliis ſimplicibus, aut Hoſpitalibus, Militiiſve uniantur.

Seſſ.24.c.13

*Epiſcopi auctoritas in præbendis uniendis.*
*Cap.* XXVII.

Seſſ.24. c.15. Tenues præbendæ uniri poſsũt, ex Capituli, & obtinentium conſenſu.

IN cathedralibus Eccleſiis, & collegiatis inſignibus, ubi frequentes, adeoq; tenues ſunt præbendę cum diſtributionibus quotidianis, ut ſuſtinendę decenti canonicorum gradui pro locis, & perſonarum qualitatibus non ſufficiant; liceat Epiſcopo cum conſenſu capituli, uel aliqua ſimplicia beneficia, non tamen regularia iis unire, uel etiam aliquibus, ex eiſdem præbendis, ſuppreſsis cum pa-

F tro-

tronorum conſenſu, ſi de iure patronatus laicorum ſunt, quarum fructus, & prouentus reliquarum præbendarum diſtributionibus quotidianis applicentur, & eas ad pauciorem numerum reducere; Ita tamen, ut tot remaneant præbendæ, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati Eccleſiæ commodè ualeant reſpondere, non obſtantibus quibuſcunque.

### *Beneficia penſionibus non grauentur. Cap. XXVIII.*

Vbi ſup. Seſſ. 24. c. 13.

AD hęc in poſterum omnes hæ Cathedrales Eccleſiæ, quarum redditus ſummam ducatorum mille, & Parrochiales, quæ ſummam ducatorum centum, ſecundum uerum annuum ualorem non excedunt, nullis penſionibus, aut reſeruationibus fructuum grauentur.

### *Parrochiæ diſtingui debent. Cap. XXIX.*

Inf. li. 2. trac. 9. c. 4. cir. fin.

IN ijs quoque ciuitatibus, ac locis, ubi Parrochiales Eccleſiæ non habent fines, nec earum Rectores proprium populum habent, quem regant; ſed promiſcue petentibus ſacramenta adminiſtrantur, Epiſcopus diſtinguet populum in certas, propriasq; Parrocchias, & vnicuiq; ſuum perpetuũ, ac peculiarem Parrochum aſſignet, qui eas cognoſcere ualeat, & a quo ſolo licitè ſacramenta ſuſcipiant.

### *Nouæ parrochiæ, ubi opus fuerit, conſtituantur. Cap. XXX.*

Inf. lib. 2. trac. 9. c. 4. in fi.

IDemq; in ijs ciuitatibus, ac locis, ubi nullæ ſunt Parrochiales, quàmprimum eas fieri curet idem Epiſcopus, non obſtant. quibuſcunque.

De



### *De vnionibus irritandis. Cap. XXXI.*

Seſſ. 7. c. 6

Vniones Eccleſiarum deinceps uti faciendæ ſint.

STudeat inſuper Epiſcopus, & quilibet ordinarius tanq̃ ſedis Apoſt. delegatus, ut diligēter perſpiciat uniones Eccleſiarum perpetuas a quadraginta annis citra factas, ut cognoſcere poſſit an per ſurreptionem, uel obreptionem ſint factæ, & iuxta formam ſacri Concilij Tridentini, prouidere. Huiuſmodi enim factæ uniones ſtatim irritæ ſint, ac omnino nullæ. Quę autem in poſterum fient uniones, eæ ex legitimis, ac rationabilibus cauſis coram loci ordinario uerificandis, examinentur. Aliàs uiribus omnino careant.

### *Epiſcoporum auctoritas in transferendis, & reficiendis Eccleſijs. Cap. XXXII.*

Seſſ. 21. c. 7.

SI aliqua beneficia temporum iniuria aboleſcant, uel aliàs præ uetuſtate collapſa ſint, & penitus diruta, & ob eorum inopiam nequeant inſtaurari, illa transferre neceſſarium erit. Vnde propterea uocatis ijs, quorum intereſt, illas Eccleſias transferet Epiſcopus tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus, in quas magis & ipſi, & obtinentibus talia beneficia, uel ius patronatus habentibus idoneæ uidebuntur, erigendo ſub eiſdem inuocationibus altaria, uel capellas, uel iam erectas transferat, non remotis oneribus, atque emolumentis prioribus Eccleſijs impoſitis, ita ut tranſeant cum honore, & onere, priſtino ſolo, erecta iam in eo cruce in uſum prophanum conuerſo.

### *Auctoritas ordinarij in Eccleſijs reparandis. Cap. XXXIII.*

Seſſ. 7. c. 8.

Facultas Epiſcopi in tranſferen. & reparandis Eccleſiis.

LOcorum ordinarij Eccleſias quaſcunque etiam exemptas annis ſingulis non ſolum uiſitent, ſed & opportunis etiam remedijs prouideant, ut quæ reparatione indigent, reparentur, & cura animarum, ſi qua illis immineat, alijsq; debitis obſequijs non defraudentur; non obſtantibus quibuſcunque.

F 2 Or-

*Ordinarij auctoritas in uiſitandis beneficijs.*
*Cap. XXXIIII.*

Ampla Epiſcoporum auctoritas in uiſitandis Eccleſiis. Seſſ.7.c.7

BEneficia Eccleſiaſtica, quæ Cathedralibus, Collegiatis, ſeu alijs Eccleſijs, uel Monaſterijs, Beneficijs, ſeu collegijs, aut pijs locis quibuſcunque perpetuo unita, atq; annexa reperiuntur, ab ordinarijs locorũ annis ſingulis uiſitentur, qui ſollicite prouidere procurent, ut per idoneos Vicarios etiam perpetuos, ab eiſdem ordinarijs, cum tertia parte fructuum, aut minori, aut maiori portione deputandos. animarum cura ibidem exerceatur, quibuſcunque non obſtantibus.

*Summa Epiſcoporum in omnibus etiam exemptis Eccleſijs uiſitandis auctoritas.*
*Cap. XXXV.*

Seſſ.21.c.8 Seſſ.25.c.11 Epiſcoporum uiſitationem euadere nulla poteſt Eccleſia.

POrro omnia etiam loca tam curata, quàm non curata, tam exempta, quàm non exempta, tã uirorum, quàm mulierum; quibus imminet animarum cura perſonarum ſecularium, (quo duntaxat ad ſacramenta, & perſonam adminiſtrantis) uiſitabit audacter, ac diligenter Epiſcopus, tanquam ſedis Apoſtolicę delegatus. Curetq; idem Epiſcopus congruentibus remedijs etiam per ſequeſtrationem fructuum, ut quæ renouatione indigent, aut inſtauratione, reficiantur, & cura animarum, ſi qua illis, uel eorum annexis immineat, aliaq; debita obſequia rite exerceantur. Non obſtantibus quibuſcunque.

*Ampliſſima Epiſcoporum auctoritas in uiſitandis locis pijs, etiam laicorum.*
*Cap. XXXVI.*

Seſſ.7.c.15 Seſſ.22.c.8. & 9.

PRæterea omnia etiam pia loca laicorum, ſiue Hoſpitalia, ſiue Collegia, uel ſcholæ, ſeu confraternitates nuncupentur; non tamen, quæ ſub regum immediata



ta protectione ſunt, ſine eorũ licentia, uiſitare Epiſcopus feſtinabit, prouidendo quę ad cultum Dei, ſiu e animarum ſaltem pertinent, ut rectè procedant. Illa præcipue loca, quæ ſunt inſtituta ad pauperes ſuſtentandos, cuiuslibet Epiſcopi erit perſpicere, & horum locorum adminiſtratores etiam cuiuscuis fabricę Eccleſiæ, eleemoſynarumq; Montis Pietatis cogere coram ſe, uel eius generali Vicario, ut ſuarum adminiſtrationum ſingulis annis rationem ſtrictiſsime reddant, uel etiã coram alio, cuius fides Epiſcopo ſit perſpecta alias bona. lib.2. tract.5. c.2.& 7 Auctoritas ordinariorum in fabricis Eccleſiarum.

*De hoſpitalitate ſeruanda. Cap. XXXVII.*

De Hoſpitalibus. Seſſ.7.c.15 Seſſ.25.c.8.

CVm omnes, qui Eccleſiaſtica beneficia obtinẽt, officium hoſpitalitatis a ſanctiſſimis patribus tam frequenter commendatum exercere debeant, quandoquidem Chriſtum in hoſpitibus recipiunt; Epiſcopi intererit ergo, ut ij qui Hoſpitalia uel in commendam, uel adminiſtrationem, uel in titulum obtinent, hoſpitalitatem actu frequentare non prætermittant.

*Auctoritas Epiſcopi priuandi adminiſtratione Hoſpitalium. Cap. XXXVIII.*

Vbi ſupra. Seſſ.25.c 8. li.2.tra.8.c.4.

CVm autem prædicti curam Hoſpitalium gerentes iamiam per Epiſcopum admoniti munus hoſpitalitatis obire ceſſauerint, non ſolùm per Eccleſiaſticas cenſuras, & alia iuris remedia eos ipſe compellat; uerum etiam adminiſtratione Hoſpitalis priuabit, & alios loco eorum ſubſtituet, compellendo primos ad integram omnium fructuum, quos contra ipſorum Hoſpitalium inſtitutionem perceperunt, reſtitutionem.

Ordi-

## *Ordinarij poſſint hoſpitalium fructus in alios uſus conuertere. Cap. XXXIX.*

Seſſ.25.cap.8 lib.2. tract.8. cap.4

Fructus hoſpitalium in alios pios uſus per Epiſcopos cōuerti poſſunt.

ET ſi forte hoſpitalia in aliquo loco ſita ſunt, quò pauperes, aut nulli, aut pauci perueniant, tunc curabit Epiſcopus, vt huiuſmodi Hoſpitalium fructus in alium pium uſum, qui inſtitutioni eorum ſit proximior, conuertantur; Vel habito Epiſcopi, cum duobus ex ſuæ Eccleſiæ Canonicis conſilio a ſe diligendis, erogentur in alium aliquem pium uſum, ſi tamen non aliter in fundatione, uel inſtitutione huiuſmodi locorum ordinatum fuerit.

## *Adminiſtratio Hoſpitalium per triennium. Cap. XL.*

Vbi ſupra.

HViuſmodi uerò locorum, & Hoſpitalium adminiſtratio, ſeu gubernatio uni, & eidem perſonæ ultra triennium de cætero non committatur, niſi aliter in fundatione cautum reperiatur. Quod ad Epiſcopum ſcire ſpectabit, & talem inhibere adminiſtrationem.

## *Sanctimonialium clauſura. Cap. XLI.*

Seſſ.25.c.5

c.ubi de elec. in 6.

c.Periculoſa, de ſtatu Regular.in 6.

NOn tantum autem ad hoſpitalia curam Epiſcopum extendere oportet, uerùm, & ad ſanctimoniales etiam ſæpius ſe conuertere debet; utq; ubi maius eſt periculum, ibi cautiùs agat: Vniuerſis igitur Epiſcopis ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, præcipit ſacra Tridentina Synodus, ut in omnibus monaſteriis ſibi ſubiectis, ordinarij, in aliis uerò Sedis Apoſtolicæ auctoritate clauſuram ſanctimonialium, vbi uiolata fuerit, diligēter reſtitui; & ubi inuiolata eſt, conſeruari maximè procurent, inobedientes, atq; contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſq; pœnas, omni appellatione remota, compeſcendo; inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachij ſecularis auxilio.

San-



## *Sanctimoniales inter mœnia vrbis reducendæ. Cap. XLII.*

Vbi ſupra.

ET quia Monaſteria Sanctimonialium extra mœnia urbis, uel oppidi conſtituta malorum hominum prędę, & aliis facinoribus, ſine ulla ſæpe cuſtodia ſunt expoſita: Curent Epiſcopi, & alij ſuperiores, ſi ita uidebitur expedire, vt ſanctimoniales ex eis, ad noua, uel antiqua monaſteria intra urbes, uel oppida frequentia reducantur, inuocato etiam auxilio, ſi opus fuerit, brachij ſecularis. Impedientes uerò, uel non obedientes, per cenſuras Eccleſiaſticas parere compellāt.

## *Contra uſurpantes bona eccleſiaſtica. Cap. XLIII.*

Seſſ.22.c.11.

Bona eccleſiaſtica occupātium pœna.

Conc. Tridēt Seſſ.24.c.11

CVm decretum ſacri Concilij Tridentini contra uſurpantes bona Eccleſiæ, ſeu cuiuſuis ſecularis, uel regularis beneficij, Montium pietatis, aliorumq; piorum locorum, aut iuriſdictiones, bona, cenſus, ac iura etiam feudalia, emphyteotica, fructus, emolumenta, ſeu quaſcunq; obuentiones omnibus ſit formidandum; nam omnes tandiu anathemati ſubiacere declarat, quandiu quæ ſua non ſunt, ſed Eccleſiis erepto non reſtituunt: Propterea illud quibuſcunq; innoteſcere, & a nemine penitus ignorari curabit quilibet ſanctiſsimus Epiſcopus. Quare ſaltem ſemel in menſe in matricibus, aliiſq; parrochiis feſtis diebus publicari illud decretum præcipiet; ut ſi quis in prima, uel ſecunda hora a tanto ſcelere non abſtinent, ſaltem in undecima reſipiſcere poſſint, ut Deum nō ultorem, ſed patrem habere poſthac ſperari poſſint. Similiter & locationes ad longum tempus Viſitator prohibeat, & irritet, & maximè quando ob præſentatam pecuniam celebratæ ſunt, uel quādo factæ ſunt ad tertiam generationem, uel etiam in perpetuum ſine conſenſu ſedis Apoſtolicę, & contra canon. ſanct. 1. in non euidentem utilitatem Eccleſiæ, uel non fuerint factæ meliorationes conuentæ, & dubitæ rei locatæ.

Epiſco-

## Epiſcoporum auctoritas ſuper Miſſis, aliorumq; à defunctis legatis. Cap. XLIIII.

Seſſ.22.cap.8. li.2.tra.9.c.1. Seſſ.25.c.4.

CVm omnes Epiſcopi, ueluti Apoſtolicæ ſedis delegati ex decreto ſancti Concilij Trident. ſint omnium piarum diſpoſitionum, tam in vltima uoluntate, quàm inter uiuos, piarum donationũ executores, quilibet ergo Epiſcopus omnia pia legata, quæ uel ex teſtamentis, uel aliis publicis ſcriptis, ſeu inſtrumentis relicta ſunt, cognoſcere poterit, diligenterq; curare, ut ſupremæ piorum hominum uoluntati ſit factum ſatis.

## De commutationibus vltimarum voluntatum. Cap. XLV.

Seſſ.22.c.6. Vltimarũ uoluntatum cõmutatio ad Epiſcopũ ſpectat.

IN commutationibus ultimarum uoluntatum, quæ non, niſi ex iuſta, & neceſſaria cauſa fieri debent, Epiſcopi tanquàm delegati Sedis Apoſtolicæ ſummariè, & extraiudicialiter cognoſcant, nihil in precibus tacita ueritate, uel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum, priuſquam commutationes prædictæ executioni demandentur.

## De ſacris imaginibus. Cap. XLVI.

Seſſ.25.c.1

DIligens etiam erit Epiſcopus in ſua diœceſi, ne ſint imagines, quæ ſcandala, uel falſi dogmatis occaſionem uidentibus præbeant.

## De nouis imaginibus non pingendis ſine cognitione Epiſcopi. Cap. XLVII.

Vbi ſup. Card.Borr.in 1.par.Act.Eccleſ.Mediol.

VNde propterea Epiſcopus prohibebit ſuis plebibus, ne nouam aliquam imaginem, ſine eius ſpeciali licentia, poſthac quis audeat in publicum prodere, aut ponere.





## Noua miracula non admittantur ſine cognitione Epiſcopi. Cap. XLVIII.

EArundem imaginum inſuper noua miracula admittenda, aut nouas reliquias recipiendas nullatenus eſſe, ſtatuit ſancta Synodus Tridentina, abſque Epiſcopi præuia indagine. Quòd ſi de huiuſmodi miraculis Epiſcopus aliquid compertũ habuerit, adhibitis in conſilium Theologis, atque aliis piis uiris, ea faciat demum admitti, quæ ueritati, & pietati conſentanea iudicauerit.

Ibidem. Miracula non admittantur ſine Epiſcopi cognitione.

## De reſidentia prælatorum. Cap. XLIX.

FIdeliſsimo cuicunque bono paſtori maximę curę ſit reſidentia eorum, qui curam animarum habent, & neminem etiam Patriarcham, Primatem, Metropolitanum, ac etiam ſanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalem abeſſe ab ouibus ſuis, ſeu ab Eccleſiis ſuis etiam cauendum eſt, niſi fortè pro maiori Eccleſia, aut ſua ipſius euidenti utilitate illos abeſſe contingat.

Seſſ.23.c.1 Lib.2.tract.1 c.48.

## Quo tempore maximè reſidendum eſt a Prælatis. Cap. L.

OBnixè tamen curet prędicti tales prelati, ſaltem tempore Dominici Aduentus, Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, Quadrageſimę, ſanctiſsimę Reſurrectionis, item & Corporis Chriſti, ut præſto ſint ſuis ouibus, ut eæ in Domino gaudere paſtoris præſentia poſſent.

Vbi ſupra.

## Notarij imperiti prohibentur exercere officium ſuum. Cap. LVII.

Seſſ.22.c.10 Contra imperitos Notarios.

POteſt inſuper Epiſcopus quorumcunque Notariorum ſufficientiam examinatione adhibita ſcrutari; illisq; non idoneis repertis, aut quandocunque in officio delinquentibus, officij eius in negocijs, litibus, & cauſis Eccleſiaſticis, aut ſpiritualibus, exercendi uſum perpetuò aut ad tempus poteſt etiam prohibere.

## Auctoritas Epiſcopi clericos non idoneos ſuſpendendi. Cap. LVIII.

Seſſ.14.c.3 Inhabiles clerici ab Epiſcopo ſuſpendi poſſunt.

EPiſcopus omnes ſuos clericos præſertim in ſacris conſtitutos, abſq; eius præcedenti examine, & commendatitijs literis, quacūq; auctoritate promotos, poſſit a ſuſceptorum ordinum exercitio, de quo ei uidebitur, ſuſpendere, & ne in aliquo ordine miniſtrēt, interdicere, ſi eos ad diuina huiuſmodi celebranda ſacramenta minus idoneos repererit, licet alter Epiſcopus eos idoneos repererit.

## Contra Concubinarios. Cap. LIX.

Seſſ.24.cap.8. Seſſ.25. c.14. Concubinariorum pœna.

POrrò, cùm indignum ſit, ut illi, qui diuino cultui ſe addixerunt, polluantur ſordibus impudicitiæ, uel ſaltem a ſua conuerſatione, uel cohabitatione ſuſpecti reddantur concubinatus: cumq; graue ſit homines ſolutos concubinas habere, grauiſſimum uerò in magni ſacramenti matrimonij ſingularem contemptū, vxoratos quoque in hoc damnationis ſtatu uiuere: Propterea curabit Epiſcopus totis ſuis uiribus, ne ſuus clerus, aut etiam prędictorum aliquis ſolutus audeat detinere in domo ſua mulieres, de quibus poſſit haberi ſuſpitio. Quòd ſi monitus non paruerit clericus pręceptis Epiſcopi, tunc priuet illū Epiſcopus tertia parte fructuum ſui beneficij, & pijs uſibus applicentur. Secularis uerò ter monitus, ſi concubinam non eiecerit, ſeque ab eius conſuetudine non ſeiunxerit, excommunicatione Epiſcopus eum feriat. At ſi per annum in concubinatu, neglecta excommunicatione, permanſerit, ſeuerè pro qualitate criminis eum puniat. Mulieres uerò, ſiue coniugatæ, ſiue ſolutæ, quæ cum concubinarijs publicè uiuunt, ſi ter admonitæ non paruerint, ab Epiſcopo grauiter puniantur, & extra oppidum, & diœceſim eijciantur.



## De clericis ab Epiſcopo alieno non puniendis. Cap. LX.

Seſſ.14.cap.8 Clerici a proprio puniendi ſunt Epiſcopo.

NVllus in poſterum etiam Epiſcopali prędictus dignitate, qui etiam alienos ſubditos puniendi priuilegium habuerit, contra clericos ſibi non ſubditos, præſertim in ſacris conſtitutos, quorumcunque etiam atrocium criminum reos, niſi cum interuentu proprij ipſorum reorum Epiſcopi, ſi in diœceſi reſiderit, aut perſonæ ab ipſo deputandæ procedere audeat. Aliàs proceſſus, & alia omnino uiribus careant.

## Auctoritas Prælatorum in corrigendis clericis. Cap. LXI.

Seſſ.25.de regular.c.14 Seſſ.6.c.3 Inſ.c.9.trac.5. Seſſ.25.c.14.

ECcleſiarum Prælati ſubditorum exceſſus diligenter animaduertant, ac quęcunq; ſecularem clericum, aut regularem extra monaſterium uitam agentem, qui deliquerit, uiſitent, puniant, & corrigere tanquam Sedis Apoſtolicæ legati ualeant, non obſtantibus quibuscunque priuilegijs. Quòd idem dicendum eſt & de regularibus intra clauſtra monaſterij degentibus, & extra ea delinquentibus, ut ſcilicet Epiſcopus poſſit eos ſeuerè punire, ſi a ſuo ſuperiore intra tempus ab eodem Epiſcopo præfigendum non fuerint puniti.

Aucto-

*Auctoritas Epiſcoporum, & maiorum Prælatorum in Capitulis corrigendis.*
*Cap. LXII.*

Seſſ.6.c.4 Seſſ.25.c.6. NVllum etiam cathedralium, & aliarum maiorum Eccleſiarum Capitulum, aut eorum perſonæ, in futurum aliquibus exemptionibus, conſuetudinibus, ſententiis, iuramentis, ſeu concordiis ſe tueri poſſint, quominus a ſuis Epiſcopis, & aliis maioribus Prelatis per ſeipſos ſolos, uel illos, qui ſibi uidebuntur, adiunctis, iuxta Canonicas ſanctiones toties quoties opus fuerit, uiſitari, corrigi, & emendari auctoritate Apoſtolica poſſint, & ualeant. At contra alios malefactores, & delinquentes, debet procedere Epiſcopus, & Capilum inſimul, ſecundum tradita a ſancta Synodo in ſeſſione 25. Seſſ.25.c.6 cap. 6.

*Prælatorum auctoritas in ſuos ſubditos.*
*Cap. LXIII.*

Seſſ.14.c.4 OMnes Eccleſiarum Prælati tanquam Sedis Apoſtolicę legati, attendant ad corrigendum ſubditorum ſuorum exceſſus. Et nullus clericus tutus cenſeatur, quominus ab eiſdem ſuis prælatis viſitari, puniri, & corrigi poſſit, iuxta Canonicas ſanctiones, quibuſcunque priuilegiis, exemptionibus, conſuetudinibus, & huiuſmodi, minimè in hoc ſuffragantibus.

*Auctoritas Epiſcopi ſuper occultis delictis diſpenſandi.*
*Cap. LXIIII.*

Seſſ.24.c.6 LIceat Epiſcopis in irregularitatibus omnibus occultis, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenie ndis (excepta ea, quæ oritur ex homicidio uoluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contẽtioſum) diſpenſare, & in quibuſcunque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis,

uatis,



uatis, delinquentes quoſcunque ſibi ſubditos in diœceſi ſua per ſeipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum, in foro conſcientię gratis abſoluere, impoſita pœnitentia ſalutari. Idem & in hæreſis crimine, in eodem foro conſcientiæ eis tantum, non autem eorum Vicariis ſit permiſſum.

*Compendioſæ Inſtitutio viſitandi Eccleſias*

FINIS.

# MICHAELIS TIMOTHEI I. V. D.

## AD SANCTISSIMOS EPISCOPOS De Sacroſanctis Dei Eccleſiis viſitandis

## Perutilis Praxis;

*Qua viſitandi ſolum comprehenditur Exercitium.*

Omnibusq; etiam aliis, ad quos ius uiſitandi Eccleſias ſpectabit, non minus neceſſaria, quàm vtilis.

CVM PRIVILEGIIS.




*Venetiis, Expenſis Jo. Martinelli, Bibliopolæ Romani.*

M D L X X X V I.

# PRAXIS
## SECVNDI HVIVS LIBRI,
### quinam ſint Tractatus.


TRACTATVS PRIMVS.

De viſitatione Cathedralis Eccleſiæ, & de ordinandis in ea.

TRACTATVS SECVNDVS.

De viſitatione Eccleſiæ collegiatæ, & de ordinandis in ea.

TRACTATVS TERTIVS.

De viſitatione Parrochialis Eccleſiæ, & de ordinandis in ea.

TRACTATVS QVARTVS.

De Parrocho, ac eius officio, ſeu adminiſtratione ſacramentorum.

TRACTATVS QVINTVS.

De viſitationibus Eccleſiæ non curatæ, necnon & exemptæ, & perſonarum exemptarum, ac etiam commendæ, & commendatariorum, ac Patronatæ demum Eccleſiæ, & de ordinandis in eiſdem.

TRACTATVS SEXTVS.

De viſitatione Monaſteriorum, Monacharumq; ac Regularium perſonarum, atque in eiſdem, & circa eoſdem ordinandis.

TRACTATVS SEPTIMVS.

De viſitatione ſanctimonialium, ac earum reformatione.

TRACTATVS OCTAVVS.

De viſitatione Oratoriorum, Hoſpitalium, piorumq; locorum, ac de ordinandis in eiſdem.

TRACTATVS NONVS.

De viſitatione laicorum Chriſtianorum.

TRACTATVS DECIMVS.

De Pœnis.


# DE SACROSANCTIS DEI ECCLESIIS, ac in eiſdem contentis, viſitandis.

## Tractatus Primus.

### ANNOTATIO SINGVLORVM CAPITVM Primi Tractatus.


1 *De viſitatione Cathedralis Eccleſiæ, & de ordinandis in ea.*

2 *Viſitatio quo tempore ſit inchoanda.*

3 *Viſitator debet prænunciare diem aduentus ſui ante viſitationem.*

4 *Rectores Eccleſiarum debent denunciare populo, quando Epiſcopus venit ad viſitandum.*

5 *Epiſcopus intrans locum viſitandum, quomodo ipſe ſe cum eo gerat, & qualiter ſit recipiendus.*

6 *Viſitatio in quo loco ſit facienda.*

7 *Eccleſia viſitanda, ſi violata, aut polluta reperitur, quid agendum ſit.*

8 *Si locus in quo viſitatio eſt facienda, eſt interdictus, quid agendum ſit.*

9 *Viſitator quid in primis debeat facere, quidq; præ alijs inquirere maxime a clero.*

10 *Quid agere debeat viſitator, ſeu Epiſcopus impeditus pro exercitio viſitationis, ſeu iuriſdictionis ſuæ.*

11 *Viſitator viſitans domum Dei, ſeu Eccleſiam, quæ quærere debeat.*

12 *Fores Eccleſiæ debent claudi, & aperiri tempore debito.*

13 *Aqua benedicta debet ſtare in ingreſſu Eccleſiæ.*

14 *Pulpitum debet eſſe in Eccleſia.*

15 *Prædicatio verbi Dei neceſſaria eſt populo Chriſtiano.*

16 *Lectio ſacræ ſcripturæ conducenda eſt in omni principali Eccleſia, ex Concil. Trid.*

17 *Sedes pro Epiſcopo debet eſſe in primario loco Eccleſiæ, &*

ſic in alijs locis.

18 Epiſcopus viſitans Eccleſiam tollere debet abuſus ortos, maxime in ſedibus laicorum.

19 Epiſcopus viſitans altaria, quæ inquirere debet.

20 Quænam alia circa altare cauere debeat.

21 Quæ docere debet populum, viſitans Sacramentum Euchariſtiæ.

22 Euchariſtiæ Sacramentum, quare cuſtodiendum, retinendumve ſit.

23 Euchariſtiam incautè remittens, quare pœna puniri debeat.

24 Lampas ardens ante ſacratiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum eſſe debet ſemper.

25 Euchariſtia ad infirmos deferenda, parata eſſe debet.

26 Quæ ordinare debeat Epiſcopus circa altare portatile.

27 Oblationes, quæ fiunt ad altare per pios fideles, cuiuſnam eſſe debeant.

28 Epiſcopus viſitans quænam circa altaria prouidere debeat, & ornamenta ad Eccleſias neceſſaria.

29 Quid aliud pro altari, & Eccleſia prouidere debeat Epiſcopus ad cultum Dei.

30 Sacrarium aſtrui debet in Eccleſia.

31 Epiſcopus ex lege iuriſdictionis viſitat capellas, capellanias, & capellanos.

32 Viſitans capellas quid inquirere debeat.

33 Circa capellas quid aliud obſeruare debeat Epiſcopus.

34 Epiſcopus viſitans imagines in Eccleſiis, quæ inſtruere populum debeat.

35 Quænam alia ad eruditionem populi animaduertere Epiſcopus debeat circa imagines.

36 Epiſcopus viſitans reliquias, quæ de his ipſe inueſtigare debet.

37 Sacriſtia, in quibus eſt viſitanda, & quæ Epiſcopus in ea debeat ordinare.

38 Sacriſtæ officium quodnam ſit.

39 Chorus quid ſit, & ad quid inuentus ſit.

Quid



40 Quid miniſtris Eccleſiæ ſtantibus in choro debeat ordinare Epiſcopus viſitator.

41 Quid aliud circa chorum, & ibi celebrantes officium, ordinare debeat Epiſcopus.

42 Epiſcopus qualiter procedat contra non dicentes officium.

43 Capitulum non poſſe ſubterfugere viſitationem ſuorum ſuperiorum.

44 Capituli ſtatuta ſunt ab Epiſcopo examinanda.

45 Ratio adminiſtrationis rerum capituli, quomodo, & quando, & circa quæ eſt inquirenda ab Epiſcopo.

46 Dignitates Eccleſiaſticæ ſunt ab Epiſcopo viſitatore viſitandæ.

47 Dignitates Eccleſiaſticæ quibus ſint conferendæ.

48 Epiſcopus quæ quærere debeat a cæteris canonicis, ſimulq; a ſacerdotibus aliis omnibus.

49 Diaconi, ſubdiaconi, alijq; minorum ordinum clerici, de quibus ſint examinandi.

50 Dignitatum inſignia ſunt examinanda.

51 Canonici quales, & quot ſint, debet ab Epiſcopo attendi.

52 Punctatores duo creandi ſunt in capitulo, cum eorum officio.

53 Canonici ſi habent alias Eccleſias curatas, quomodo reſidere tenentur.

54 Epiſcopus campanile viſitans, ſeu campanas, ad quid aduertere debet.

55 Campanæ debent eſſe in omni Eccleſia.

56 Epiſcopus multa debet prohibere fieri in atrijs ipſarum Eccleſiarum.

57 Epiſcopus, quæ in cœmiterijs prouidere debeat.

58 Quænam prohibita ſint in Eccleſiis, & atriis, atque cœmiterijs.

DE

## *De viſitatione Cathedralis Eccleſiæ, & de in ea ordinandis. Cap. I.*

Inſt.de iuſt.& iu.l.j.ff. ſi cer. pet.

Etſi aliqua ſuperiori libro de actu practico uiſitationis Eccleſiarum in genere (etenim a generalioribus eſt procedendum; & præfationes libentiſſime nos ad lectionem propoſitę materiæ perducunt, & euidentiorem rei, de qua agitur præſtant intellectum) pręfati ſimus, ac prælibauimus; veruntamen quoniam eorum, quę diximus, & in medium adduximus, plura ad ipſorum Epiſcoporum uiſitan. authoritatem, magis quàm ad ipſius uiſitationis actum, ſeu exercitium, attinent; Ideo nunc aliqua alia de ipſo ſingularis viſitationis Eccleſiarū actu ſupponenda cenſuimus, ut quę ſunt actus uiſitationis ab ijs diſcernantur, quę eiuſdē ſunt & authoritatis. Rem igitur noſtram, præuio diuino auxilio, tractemus, dicentes primò, quonam tempore uiſitationem prælati Eccleſiarum auſpicari, atque aggredi debent. Vnde ſic primò, quod ſubſequitur, quærimus, uidelicet.

## *Vitaſitio quo tempore eſt inchoanda. Cap. II.*

Sup.lib. 1.per totum.

Fvndamentum huius noſtri operis, prout uidere potuiſtis, Reuerendiſſimi Domini mei, Sacroſanctum Concilium Tridentinum poſuimus, illudq; pro baſe noſtro huic opuſculo inſeruire uoluimus. Nunc ad domum conſtruendam, & ad totum ædificium fabricandum, ſanctiſſimorum Patrum Epiſcopi Bituntini præſertim, & Sarnenſis etiam, necnon & Illuſtriſſimi, & integerrimi Cardinalis Borromęi, ac plurimorum ſanctorum Pontificum decreta, dicta, ac monita, documentaq; adhibere neceſſarium eſſe cenſuimus, ut ſint huius parui libelli viſitationum Eccleſiarum ueluti cauſa efficiens in genere, & immediata. Quo igitur tempore debeat Epiſcopus incipere hanc uiſitationē, refert Sarnenſis in lib. ſuo de viſitatione, & regimine Eccleſiarum, dicens, quòd hoc eſt in arbitrio uiſitatoris, ſeu magis Epiſcopi, ſed

Lib.1.c.1. Lib.2.c.2

melius



melius (concludit ipſe) quòd in ęſtate fiat, ob urgentes in hyeme tempeſtates. Viſitatio autem quanto tempore debeat finiri, ſupradictum eſt, ut nempe ſaltem biennio finiatur, ſi Diœceſis eſt ampla, & non poſſit in uno anno finiri. Non tamen amplius, quàm una die in unaquaque Parrochia manebit Viſitator.

c.decernimus 10.q.1. c.Iter.q.3

## *Viſitator debet prænunciare diem aduentus ſui ante Viſitationem. Cap. III.*

Viſitator, cur prænuntiare debet diē ſuę viſitationis.

Sed ad hoc multum Viſitator debet animaduertere, ut antequam ad locum, & ad homines, qui uiſitandi ſunt, accedat, diem ſuę viſitationis ad uiſitandum prænunciet, ad inſtar Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui uolens uiſitare Templum Iudæorum, miſit duos ex diſcipulis ſuis ad denunciandum tempus ſuæ viſitationis, quod multo ante tempore ipſe dominus per Prophetam prędixerat, inquiens: Exulta ſatis filia Syon, Iubila filia Hieruſalem. Ecce Rex tuus ueniet tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam, & pullum filium ſubiugalis. Epiſcopus ergo viſitator ſit circunſpectus, diem aduentus ſui ad uiſitandum, cum literis hortatorijs ſignificabit primitus ſemper ad hoc, ut ipſi uiſitandi ſe præparent cum ſolemnitate ad recipiendum Chriſti legatum, ut fuit factum a pueris Iudæorum prædicto domino noſtro. Turba enim plurima, inquit Matthæus, cum pueris exiuit obuiam Chriſto, extendens ueſtimenta ſua in uia. Alij autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in terra, & clamabant, dicentes: Benedictus qui uenit in nomine domini. Et ideo ſua quiſque Viſitator ſecum habebit in uiſitatione ornamenta; ſcilicet Mitram, baculum paſtoralem, caſulam, dalmaticam, albam, amictum, cingulum, chirothecas, & annulum, gremiale, bacile, bronzinum, manutergium, naſitergium, ſandalia, caligas, faldiſtorium, ideſt ſedem, crucem, candelas, thus, & thuribulum, & alia huiuſmodi, de quorum omnium ſignignificatione aliàs dixi in libro, quem feci in ſacrificium Miſſæ per totum.

Matth.21. Zach.c.9. Matth.21.

Viſitator, quę ſecum portare debet ad viſitandum.

Author alibi.

Recto-

## *Rectores Eccleſiarum debent denuntiare populo, quando Epiſcopus uenit ad uiſitandum.* Cap. IIII.

ECcleſiarum quoque Prælati, ſeu Rectores, aut etiam Curati, præcipuè cathedralium, collegiatarum, Matricum, ac Parrochialium Eccleſiarum, debent in ipſis Eccleſijs denunciare populo, ut tam clerus, ſi adeſt, quàm populus, ſub pęna excommunicationis, conueniant omnes in die ſtatuta, & habentes aſinam, hoc eſt ſenſualitatem grauibus peccatis alligatam, ueniant ad recipiendum iudicium fori pęnitentialis, & abſolutionem a caſibus reſeruatis, a patre, & paſtore. Adhortantes etiam pullos, ideſt pueros, ad ſuſcipiendum ſanctum Chriſma, hoc eſt, confirmationis ſacramentum, necnon etiam monita patris, & paſtoris. Vnde ueniens talis Paſtor, habebit ſecum Capellanos ſibi conformes in officio. Habebit tapetum, ubi honeſtè genufle&ere poſſit, ne uileſcat eius dignitas, aut diuinus cultus; Habebit item ſecum prædicatorem, ubi ipſe predicare non nouit: Notarium etiam practicum, nuncium fidelem, inſuper ac Confeſſorem, tam pro ſe, quàm pro alijs uiſitãdis, potiſſimum propter caſus reſeruatos. Habeat ſigillum, habeat formas iuramẽtorum, ſeu etiam profeſſionum: ſed nec ſecum ducat coquos ebrioſos, nec multos laicos, pręſertim iuuenes ſolis laſciuijs uacantes: & conetur in omnibus bonum exemplum præbere, ne dicatur magis uacare uentri, quàm animarum ſaluti; Aliàs quę ſeminauerit, hec & metet. Et ne illiciatur ad grauandos ſubditos indebitè, præuideat habere equos bene ferrepedatos, frena, ſella, & alia neceſſaria iumenta, ſalmaria, copertoriaq; debita.

*Viſitator, quas perſonas ſecum ducere ad viſitãdum debet.*

## *Epiſcopus intrans locum uiſitandum, quomodo ipſe ſe cum eo gerat, & qualiter ſit recipiendus.* Cap. V.

*Viſitator a populo qui recipiendus.*

EPiſcopus ergo, ſeu alius deputatus ad uiſitandum, cùm iam ad locum uiſitandum peruenit, iuxta crucem accedens, eaq; ab eo reuerenter adorata, ingreditur benedicens per uiam gentes proceſſionaliter eum intromittentes, canenteſq; ei obuiã uerſus, Pax ęterna ab æterno huic loco. Pax perennis. Verbum patris domi locum augeat; pacem pius conſolator præſtet incolis. Tradito itaq; cum aqua benedicta hyſſopo, demum ante altare ipſe Viſitator genu flexus faciat orationem. Et hoc interim cantantur antiphona: Sacerdos, & Pontifex, & uirtutum opifex, Paſtor bone in populo, ſic placuiſti domino, intercede pro nobis. Verſiculus uerò: Ecce uir prudens. Reſponſorium: Qui ædificauit domum ſuam ſuper firmam petram. Deinde dicitur oratio, ſcilicet: Deus humilium uiſitator, &c. ut dicitur in libro pontificali, benedicitq; populum. Ac denique ipſe ſedens proponit per ſe, uel per alium cauſam ſui aduentus. Nam ipſe ex paſtorali officio, & ſacris canonibus, tenetur uiſitare Eccleſiam, & dięceſim ſuam, ut & Concilium Tridentinum hoc idem eidem demandat. Seſſ.24.c.3



## *Viſitatio, in quo loco eſt facienda.* Cap. VI.

AQuocunq; autem uiſitatio uenerit facienda, ipſe principaliter (meo quidem iudicio) in Cathedrali Eccleſia, quę cęteris eſt principalior, ac dignior, fieri primitus, atq; exerceri curabit. nam digniora præferenda eſſe ſemper & diuinę & humanæ leges ſtatuerunt; poſtmodũ uerò ſubſequenter facienda erit in locis uiſitandorum. Ad quos quidẽ perſonaliter Viſitator accedere, oculiſq; Eccleſiam conſpicere debet; ut lex iam antè, & canon præcipere ſatis quidem uidetur, quæ incipit; Deſcendam, & uidebo utrum clamorem, qui ad nos peruenit, operæ compleuerint, ut ſciam.

*cap ſolitæ, de maior. & ob. l.2. ff. de albo ſcrib. Digniora sũt priora. Gen.18 2.q.1.c. Deus omnip. & extrau. vas elec. de cenſib.*

## *Eccleſia viſitanda ſi violata, aut polluta reperitur, quid agendum ſit.* Cap. VII.

CVm primum autem ad uiſitandam Eccleſiam acceſſerit Epiſcopus, ſtatim quærat in ingreſſu ſuo, an Eccleſia ſit uiolata, aut polluta; ut quia intra eam ſanguis cum

*Quib. de cauſis polluitur Eccleſia.*

çum iniuria ſit effuſus, aut ſemen humanum in ea uoluntariè effuſus ſit; aut in ea ſepultus ſit aliquis excommunicatus, aut infidelis, aut ea ab Epiſcopo excommunicato conſecrata fuerit, & huiuſmodi. & ubi id fuerit inuentum, procurandum eſt in primis de reconciliatione ab eodem Epiſcopo, iuxta ordinem Pontificalis libri.

### *Si locus, in quo viſitatio eſt facienda, eſt interdictus, quid agendum eſt. Cap. VIII.*

SI autem locus, in quo facienda eſt viſitatio, fuerit interdictus, non propter hoc interdictum, etiam ſi generale ſit, impedit fieri uiſitationes Eccleſiarum. imò tunc fortius ſunt faciendæ, quia quando magis ceſſatur a diuinis officiis, facilè eſt errores nouos deduci. Vnde tunc Epiſcopus Viſitator, conuocatis uiris, & mulieribus apud aliquam Eccleſiam, eis prædicare poteſt ad eliminandos omnes eorum errores, & ad ducendum eos ad correctionem; dummodo tamen contra formam interdicti, nullum eis diuinum celebretur officium. Quæ enim, inquit Gregorius, ad abſolutionem, uel aliàs ad ſalutem animę pertinent, in locutione omni tempore fieri poſſunt.

c. Reſpōſo, de ſent. excom.

Gregor. c. cũ volũtate de ſent. exc.

### *Viſitator quid in primis debeat facere, quidq; præ alijs inquirere, maximè à Clero. Cap. IX.*

ARchiepiſcopus igitur, Epiſcopuſve, uel alius Prælatus ad uiſitandum Cathedralem Eccleſiam paratus; uel aliam, ante omnia ipſe bene prędoctus ordinationes, & ritus libri Pontificalis circa cœrimonias, preces, & abſolutiones pro defunctis, & circa modum proponendi uerbũ Dei, primùm faciat abſolutionem ad animas defunctorum, deinde intendat de caſibus reſeruatis, & ad abſoluendum ab huiuſmodi caſibus a iure reſeruatis, in foro pęnitentiali ſe benignũ, & benignam aſſiſtentiam offerens, & exercitium clauium ſanctę

Viſitator prędoctus eſſe debet ordinationes pontificalis.





ctæ matris Eccleſiæ, pœnitentiamq; ſalutarem miſericorditer iniungat. Denique ſe præparans impendere Confirmationis ſacramentum, uideat ſi confirmati ſint adulti, ut ſaltem de honeſtate ſint confeſſi, ne recipiant in uaſe immundo lumen gratiæ, & donum Spirituſſancti: Præcipiens, ne aliàs confirmati faciant ſibi reiterari hoc Sacramentum. Nec aliquis excommunicatus, aut non confirmatus teneat aliquem, & teneat unum tantum, aut duo, & non plures. Et propoſito demum uerbo diuino, quærat de uita, & conuerſatione miniſtrantium in Eccleſia, & de pertinentibus ad diuinum cultum, abſque tamen iuramenti coactione, ſed ſalubriter monendo. Item quærat, ſi ſacramenta ritè, ac rectè miniſtrentur. Vertat ſe poſteà Viſitator ad laicos probos tamen, & moratos, & de uita, & de moribus prædictorum miniſtrantium intelligat etiam illos, iuxta tamen temporis, & loci occaſionem; ne quis publicè prodatur, ſi notoria non ſunt eorum uitia. Hoc enim eſt proprium munus Epiſcoporum, ſubditorum omnium uitia redarguere. Quod & ſupra diximus de mente Concilij Tridentini. Diſcretus ergo erit Viſitator in hoc; ut ſecundum exigentiam temporũ, ſapiat in corrigendo aliquando ſecreto, aliquando blandis uerbis, aliquando duris, increpando uerbis in genere.

Viſitator, a quib. debeat quærere de vita, & honeſtate clericorũ.

Seſſ. 6. c. 3

lib. 1. c. 61. tr. 4

### *Quid agere debeat viſitator; ſeu Epiſcopus impeditus pro exercitio viſitationis, ſeu Iuriſdictionis ſuæ. Cap. X.*

SEd caſu quo Epiſcopus, ſeu Viſitator iam nunc ad ſuæ iuriſdictionis officium exercendum, necnon & uiſitationis munus implendum, accinctus, ab huiuſmodi actu iuriſdictionis, uel uiſitationis fuerit ab aliquibus impeditus, quominus ad ulteriora progrediatur; Dico in hoc caſu, ut liberè ſuam exerceat iuriſdictionem, Epiſcopus poteſt adhibere remedia. Primùm eſt, quòd uolens ipſe uiſitare, ſi impeditur, ne hoc tàm ſalutare officium adimpleat, poteſt ſe tueri contra huiuſmodi potentiã temporalem, ac impedientium iniuriã gladio ſpirituali; recurrereq; propter hoc ad arma ſpiritualia,

Viſitator, quę remedia adhibere debet, ne impediatur ab actu uiſitationis.

cap.dilecti,de ſent.exc.in 6.

quæ ſunt Eccleſiæ propria, & pro ſuo munimine illis uti, excommunicando tales, ſic ſuam iuriſdictionem impedientes. Hoc autem primum remedium adhibebant Prelati de præcepto Papæ antiquitus. Hodie tamen tales impedientes includuntur ſub excommunicatione maiori reſerua a Domino noſtro Papæ in ſua Bulla Cęnæ Domini, ſub numero 15. ubi dicitur, Nec non excommunicamus eos, qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, aliosq; ſuperiores Prælatos, uel inferiores, & omnes alios quoſcunque iudices Eccleſiaſticos ordinarios quomodolibet impedientes, quominus ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica contra quoſcunque utantur. Secundum eſt, quòd poterit Epiſcopus in tali caſu adhibere remedium, ſeu alius quiuis viſitator, ſeu iudex Eccleſiaſticus, quòd inuocet auxilium brachij ſecularis a principibus, & iudicibus temporalibus, quod illi præſtare tenentur, ſecundum communem doctorum opinionem. Quòd ſi tales requiſiti ab Epiſcopo non præſtabunt ſuum auxilium, poterunt ab eodem Epiſcopo excommunicari ſecundum Gregorium nonum; ergo uolens uiſitare nullatenus debet impediri, neque alij ſe in hoc intromittere debent. Nam Epiſcopis, Archiepiſcopis, ac ſuis Viſitatoribus in ſpiritualibus, & ad ſalutem animarum pertinentibus, ob omnibus eſſe eis obediendum, ac etiam a Principibus, Regibus, & ſimilibus, præcipit beatus Archiapoſtolus Petrus, Aliàs, inquit Clemens, excommunicari poterunt; nam ſcire debent tales, inquit Nicolaus Papa, in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo. Si quis ergo cum Epiſcopo non ſit, in Eccleſia non eſt. Omnes igitur omni paterno honore, ac omni debita reuerentia ſanctiſſimum ſuum Epiſcopum ut patrem, & paſtorem, ſecundum ſacrum Concilium Triden. proſequantur, quando ſeptus eſt animabus fidelibus, illis pabulum, & monita uitæ tribuat ęternę.

in c. 1. de off. ord.

c.2. de maledicis, & d.c.j. de off. ord.

c. omnes, de maior. & ob.

c. ſi autem, 11. q. 3. c. ſcire debes. 7. q. 1

Seſſ. 25. c. 17. de reform.

*Viſi-*



## *Viſitator uiſitans domum Dei, ſeu Eccleſiam, quæ quærere debeat.* Cap. XI.

ANte omnia autem Viſitator Dei Eccleſiam, hoc eſt, dicit gl. domum orationis uiſitãs, quęrat, an Eccleſia ſit conſecrata, ſi id appareat ex ſcriptura, & ſignis, & crucibus in parietibus, & ſub cuius protectione, ad honorem, ſit dicata, ſi eget dedicatione, ſeu recõciliatione propter pollutionẽ fortè factam; ſi ſit in ea altare in capite .i. ſummitate ipſius uerſus Orientem, quo oratio noſtra tendere debet. Chriſtus enim in ſcriptura Oriens nominatur, ideo dedicandus eſt illi Oriens ad orationem; vnde & quod gloſa inquit, eſt uerum, ꝙ Deus eſt ubique, ideo ad omnem partem poſſumus ad eum orare, ęque tamen oramus, & Miſſæ ſacrificium facimus uerſus orientem; ſi ſit in ea locus conueniens pro choro, ubi preſbyteri, & clerici poſſint officia diuina celebrare, & loco manifeſto; ad hoc ut poſſit populus uidere cęrimonias, quæ fiunt, dum diuinum perſoluitur officium. Similiter ut humilitatem pariter, & deuotionem poſſit aſpicere celebrantium, & non in occulto, uel in alto, ut a nullis uideantur. Aſpiciet ſimiliter Eccleſiam, & eius partes omnes, an eo cultu, & nitore teneatur, qui domum Dei decet; ſi quid reſtituendum, reparandum, reconcinnandumve ſit, iubeat, ab ijs, ad quos pertinet reſarciri. An ſanctorum reliquiæ tuto, ornatè, decenterq; conditæ aſſeruentur. Item uidendum eſt, an adſint ueſtes, libri, calices, patenæ, corporalia, & reliqua eius generis inſtrumenta, & ornamenta, quæ ad altaris miniſterium, & ad diuina officia ſunt neceſſaria; & an illa munda, & purgata ſeruentur; an Miſſæ, & alia diuina officia qua oportet pietate, ac deuotione celebrentur: An Eccleſiæ libri, uetera ſcripta, inſtrumenta, & priuilegia cuſtodiantur. Eccleſia inſuper Dei ſit bene tecta, muriſq; bene comprehenſa, neque in aliqua ſui parte ruinam patiatur, aut in eam impluat. Vnde legitur in libro Regum; Sarta tecta, nam ſarta tecta non inſtauretis templi. Nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem uerum, ſed inſtaurationum templi reddite curam. Si ergo Ecce-

Arch. in cap. Homo, de cõ ſec. diſt. 1

Gl. in verſ. ſedulas orat. in Clemen. 1. de reliq.

diſt. 11. c. Eccleſiaſticarũ:

Card. Borr. in 1. par. actor. Eccl. Mediol.

De veſtibus, ornamẽtis, & libris Eccleſiarum.

De tectis Eccleſiarum.

cleſia egeat reparatione, ſi eſt Cathedralis, ſpectat ad Epiſcopum; ſi Parrochialis, ad Parrochum ſpectat reſtauratio, & ſic de aliis. Sed ſi magna egeat reparatione, & fructus ſint tenues, quod uix ſufficiant ad paruum uictum, tenetur ſupplere Capitulum ipſius Eccleſiæ de fructibus, qui ſuperſunt, detractis neceſſariis. Sit pauimentum opportunum, decet enim Templum Dei, ſeu domum materialem, in qua Deo ſacrificari debet, eſſe ex omni parte compoſitam, clauſam, & parietibus undique bene conſtructam. Sint demum in ea foueæ, aut tumbæ, ſeu cœmiterium, in quibus defunctorum corpora ſepeliantur. Nec fiant ſuper terram, ſi fieri poteſt, tunc etenim deformatur Eccleſia, impedimentaq; in ea propter hoc innaſci ſolẽt. Imò ſi extant huiuſmodi tumuli, amoueãtur tam ex cathedrali, quàm in omnibus aliis, & in profundis tumbis recondantur, exceptis Prælatorum tumulis, & marmoreis Eccleſiam non impedientibus, ſeu altaribus non imminentibus, & non adhęrentibus, iuxta Piorum Quarti, & Quinti ordinationem, de anno 1566. ſui primi Pontificatus, quæ incipit: Cùm primum ad Apoſtolatus, &c.

c.1 de Eccleſ. ædifican. — De pauimento, & tumbis. — Pius quartus. Pius V.

## *Fores Eccleſiæ debent claudi, & aperiri tempore debito.* Cap. XII.

FOres etiam Eccleſiæ temporibus debitis, & horis clauſæ, & apertæ teneri debent, ad hoc, ne quid prohibitũ exerceatur in eis. Quòd ad hoſtiarium, ſeu ianitorem ſpectare inſtitutum eſt a ſancta Eccleſia; Cuius officium, & aliorum etiam functiones renouat Concilium Tridentinum. Et hoc quidem temporibus noſtris multò magis obſeruãdum eſt, cum homines aliqui ad eam malitiam, & ad id ſcelus peruenerint, ut nec hominibus Deo ſeruiẽtibus pepercerint, eos occidendo; ſed & Eccleſias ſpoliauerint, & etiam tabernaculum Chriſti prophanantes, Chriſtiq; corpus inde proiicientes, ut uas illud continens furarentur.

Seſſ.23.c.17 — Sup. li.1.c.16 tract.3

Aqua



## *Aqua benedicta debet ſtare e ingreſſu Eccleſiæ.* Cap. XIII.

PRæterea in Eccleſia eſſe debet etiam vas aquæ benedictæ, qua accedentes, & ingredientes, ſignando ſe ſigno ſanctæ Crucis, aſpergantur. Habet enim uirtutem ſanctificatiuam, quia excitat ad diuotionem; & purificatiuam, quia delet peccata, fugat dæmonum inſidias, multaq; bona opera operatur, ut dicitur in citato cap. Nam ſi cinis uitulę, aſperſus ſanguine, populum ſanctificabat, multò magis aqua ſale aſperſa, diuiniſq; precibus ſacrata, ſterilitatem rerum aufert humanarum, & inſidias diaboli quã maximè auertit; & etiam a phantaſmaticis uerſutiis homines defendet, & ſanctificabit co inquinatos. Quam quidem aquam in cubiculis teneri ſtatuit Alexander Papa Primus ad effugandos dæmones; quod & dixi etiam in expoſitione hymni Complet. lib. 1.

c. aquam ſale. de conſ. diſt. 3 — Gull. in Ration. lib. 4. c. 4 — Auctor alibi.

## *Pulpitum debet eſſe in Eccleſia.* Cap. XIIII.

POrrò pulpitum quoque ineſſe in Eccleſia procuret Viſitator; quod dicitur Pulpitum, quaſi publicum, ſeu in loco publico conſtitutam. Nempe legitur: Salomon fecit baſim æneam, ponens eam in medio Baſilicæ, ſtetitq; ſuper eam, & extendens manum ſuam, loquebatur populo Dei. Eſdras quoque fecit gradum ligneum ad loquendum, in quo ſtans, ſuper uniuerſum populum eminebat. Quocirca ex prædictis apparet manifeſtè, quantò diligentius noſtris temporibus hoc curandum ſit, frequentius in Eccleſiis conſtitutum eſſe huius modi pulpitum, in quo diebus Quadrageſimalibus, Aduentus Domini, ieiuniorumq; Dominicis etiam, ac aliis feſtiuis diebus ſacra Scriptura, lexq; diuina populo Dei annuncietur, & uerbum Dei prædicetur; quemadmodum etiam ſacra Tridentina Synodus hoc adimplendum, Epiſcopis, & Parrochis omnibus mandat.

Ration. di. of. — 1. Paral. 6 — 2. Eſd. 3 — Sup. lib. 1. c. 4 tract. 2 — Seſſ. 24. c. 4

Pra-

## *Prædicatio uerbi Dei neceſſaria eſt populo Chriſtiano. Cap. XV.*

De Prædicatione verbi Dei.
Seſſ.5.c.2
Car.Bor.in 1. par.ac.ecc.Me. c. Inter cętera, de off.ord.
Seſſ. 21. ſub Leone X.
Seſſ.24.c.4

VNde cum ſecundum ſacroſanctum Concilium Tridentinum, prædicatio uerbi Dei reddatur neceſſaria populo Chriſtiano; ideo Epiſcopus, cuius præcipuum munus eſt prædicatio, prædicet, aut legitimè impeditus ſubroget alium prædicatorem, quem examinabit prius, & approbabit, licentiamq; in ſcriptis ei dabit gratis, ſic enim latum fuit a ſanctis patribus in Concilio Lateranen. & in Tridentina Synodo. Aſſumat autem Epiſcopus uirum idoneum, qui in bono opere ſe habeat, & dignus ſit mitti ad alios ſeruandum, & deputatus finaliter examinetur, ſi piè, ſolicitè, ac deuotè hoc officium exerceat, catholicam fidem prędicet, ſi ad hoc ſit intentus, ut animas Deo acquirat, & nulli Pręlatorum Eccleſię detrahat, nec retrahere parrochianos ab Eccleſia parrochiali, uel diſſuadere Decimarum ſolutionem ſtudeat. Increpabit tamen peccata, & ſcęlera malorum, eis comminans pęnam æterni cruciatus, ac ſi tales ſeruaſſent mandata Dei, eſſent ſine timore ęternę damnationis. Vnde legitur: Cuſtodi præcepta mea, & uiues; & multa huiuſmodi eis annunciare; quia ſunt aliqui audientes narrari pœnas inferni, & ignem æternũ, qui compunguntur; & ſi non amore, ſaltem timore arcentur a peccando; licèt proprium perfectorum ſit magis deduci ad amorem Dei amore iuſtitiæ, quàm timore, iuxta illud gloſæ.

Clem. Relig. de priuil.
Prouerb.4
l. 1. ff. de iuſt. & iur.

, *Oderunt peccare boni virtutis amore;*
, *Oderunt peccare mali, formidine pœnæ.*

li.1.tra.2.c.12
c.cũ ex iniuncto, de hæret.

Quæſtoribus autem, ac eleemoſynarijs omnibus, hoc prædicationis officium omnino interdicat Epiſcopus, quod & ſupra diximus. Laicos itidem ab huiuſmodi prædicationis officio retrahat ſub pœna excommunicationis; ſicut retrahi mandat Innocentius Papa. De expenſis uerò Prędicatori faciendis, eleemoſyniſq; pręſtandis, alijsq; neceſſarijs, attendatur cõſuetudo loci.

*Lectio*



## *Lectio ſacræ ſcripturæ conducenda eſt in omni principali Eccleſia, ex Concilio Trident. Cap. XVI.*

De lectione ſacræ ſcripturæ.
Prædicator ab Epiſcopo examinari debet.
Conc.Tridẽt. ſeſſ.5.c.1
Card.Borr.in 1.par.act.ecc. Mediol.

NOn omittat etiam Epiſcopus apponere in ſua Cathedrali Eccleſia, ac etiam in alijs maioribus, & principalibus Eccleſijs, unum ſacræ ſcripturę interpretem, ac lectorem; qui bene prius ab eodem Epiſcopo examinatus de uita, ſi laudabiliter cõfert in uita Chriſtiana, de moribus, & ſcientia, & demum ab ipſo approbatus, admittatur ſummatim præditus documentis, & prudentia multa munitus, & aſſumptus in primo ſuo ingreſſu pro dicto munere legendi exequendo, publicam emittat fidei profeſſionem, ſecundum quod pręcępit Pius quartus in Bulla, quę incipit, in ſacroſancta: ut cum in fide uerſetur in Eccleſia Dei, ſperandum ſit ex ſua lectione uberrimos fore conſequendos fructus in augmentum ipſius fidei, ſic palàm faciet diſciplinam doctrinæ ſuæ, & in lege teſtamenti Domini gloriabitur, & collaudabunt multi ſapientiam eius. Cognoſcat demum Epiſcopus in uiſitatione, ſi is aſſumpto officio legendi diligenter impleat munus ſuum; ſi cum charitate, zelo pietatis, & ſalute animarum perficiat, & ne ſub ſpecie pietatis impietas ab ipſo diſſeminetur, & ſi quid indecens, & inhabilitatis, aut a uero alienum, remoueat tunc eum ſuperior per prouiſionem alterius. Huic autem bono lectori, ſi aliunde ſtipendium non fuerit aſſignatum, poterit ei de prębenda de proximo uacatura prouideri; uel per aſſignationem fructuum alicuius alterius beneficij; uel per beneficia totum ciuitatis contributionem; quod & ſupra diximus ex prę cepto generalis Concil. Tridentini. Sacra autem ſcriptura per ipſum non aliter, aut etiam ab alijs interpretetur, quàm ſecundum eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta mater Eccleſia, & unanimis conſenſus ſanctorum patrum, ſecundum idem Concilium. Dum autem talis uenerandus Doctor, & lector publicè ſic docuerit, & ſcholares dum ſic in talis lectoris ſchola ſe exercuerint, ac ſtuduerint, priuilegijs omnibus de perceptione fructuum, prębendarum, & beneficiorum conſue-

De ann.1564
Sap.39.
Ead.ſeſſ.c.1.
Clem.1.de relig.domib.
Vnde ſtipendiũ lectoris.
Lib.1.tract.2 c. 1. cum ſeq.
Seſſ.5.c.1
Scriptura qualiter ſit interpretanda.
Seſſ.4.de edic. & vſu ſac.lib. §.præterea.
Docentes, & audientes ſacram ſcripturam, quibus gaudeant priuilegiis.

K tis

Seſſ.5.c.1 c.fin.de magiſter. c.2. de priuil. in 6.

tis gaudebunt, & fruentur, ſecundum quod tenuerunt ſancti patres Concilij Tridentini, poſt Honorium, & Innocentium. Eſt autem ſacræ ſcripturæ neceſſaria ipſa lectio propter multa; nam per ſcripturæ intelligentiam, & exempla ipſius, ſępenumero ad uiam homines peccatores reducuntur. Et quia (inquit Pontifex) Eccleſia ad ſui regimen uiris literatis quammaximè noſcitur indigere; & quia in ipſa quiſq; inſtruitur pro ſua ſalute, quid credere, quid ſperare, quidq; operari ipſum oporteat; & quia ſummatim quicquid alibi quęritur, hic (vt ait Rabanus) profecto inuenitur. Quare bene factum fuit ab illo ſancto Concilio, quando ad conſolationem animarum, & ad profectum ſtatuit, ut quęlibet Metropolis Eccleſia Theologum haberet, qui ſacerdotes, & alios in ſacra pagina doceret, & in his prę ſertim informaret, quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur. Imò diebus feſtiuis, & pręcipuè Dominicis, populum ipſi Epiſcopi docere debent eloquia pietatis, ac rectę religionis, ſecundum omnes ſacras conſtitutiones, & ea, quę ſupra diximus. Nunc de loco, & ſede Epiſcopi dicamus.

Sacræ ſcripturæ lectio, cur neceſſaria ſit. c. cum ex eo, de elec. in 6. cap. legimus, diſt.37

c. quia de magiſtr.

Eccleſia Metropolis debet habere Theologum, ad docẽdum alios Sacerdotes.

Conc. Tridẽt. ſeſſ.5. c.2. Sup. lib.1. c.4. tract.2

### *Sedes pro Epiſcopo debet eſſe in loco primario Eccleſiæ, & ſic in alijs locis, & actibus. Cap. XVII.*

Dignitas Epiſcopi ſeruetur.

AD hæc ſedes Epiſcopi in Eccleſia in loco altiori, ac digniori, & a dextris collocari debet. Pariformiterq; in choro, capitulo, proceſſionibus, actibusq; alijs publicis, hoc idem pro eo ſeruandum eſt, & ubi etiam ipſe elegerit. Quod & Concilium Tridentinum ſeruandum eſſe mandat expreſſiſſimè. Sedes autem Epiſcopi ideo a dextris debet ſituari, ad notandum illam ſeſſionem ad dexteram illius ęternę beatitudinis, ubi iuſtitia, pax, & gaudium ſunt.

Seſſ.25. c.6.

Epi-



### *Epiſcopus viſitans Eccleſiam, tollere debet abuſus ortos, maximè in ſedibus laicorum. Cap. XVIII.*

AMplius, quoniam perſępe oriuntur in Eccleſijs altercationes contentioſiſſimę, aut etiam rixæ inter laicos, maximè propter eorum ſedilia in dictis Eccleſijs poſita. Ideò in hoc quoque viſitator laboret, ut huiuſmodi clamores, ſiue abuſus, dulciter tollat in ſpiritu lenitatis, & manſuetudinis, incipiens non aſperè, aut duriter imperioſo modo, exemplis potius docendo, atque monendo, quàm minando. At ubi pietas non uincit, ad flagellum deueniat ad exemplum Domini. Hoc autem aduertat Epiſcopus tempore concionum; quandoquidem uidemus, quòd multi multa ſciunt, & ſeipſos neſcientes, prætendunt quilibet ſedem eleuatam, accedentes ad Eccleſiam potius propter ambitionem, quàm ad diuina humiliato corde audienda; præterquàm quòd etiam ita Eccleſiam occupant, & Capellæ per ipſos impediuntur, ut nequeant clerici ſuum peragere officium, ac ut cęteris omnibus ſacramenti aſpectus per ipſos prohibeatur. Quare hæc prophanantia templum Domini ſanctum reijcienda ſunt per Epiſcopum. Aptanda eſt ergo ita Eccleſia ſedibus, ut aduenientibus omnibus, cuilibet (ſi id commodè fieri poterit) pręſtetur commoditas. Idque, ut diximus, in concionibus fiat, ut rumores euitentur, utq; ne quid in Eccleſia indecens uideatur, aut audiatur. Nec illa debet admitti conſuetudo, ut aliqui ſedeant in iure prætenſo, uel certè ad partem chori poſſint accedere alijs excluſis; cùm laici tale ius ſedendi in Eccleſia pręſcribere nequeant, nec etiam pro ſeruiente id ſibi ullatenus uendicare; cùm nec cum clericis officiantibus ſtare debeant, cum id etiam & in temporalibus ſeruetur. Nam & aduocati cum Iudicibus ſedere prohibentur. Veruntamen proſpiciat Epiſcopus perſonis, a quibus Eccleſia utilitatem, ut bona, dotem, priuilegiave acceperit; quia non dubium eſt, quin ipſis præ cęteris certa ſeruetur prærogatiua; ut ſciant illi, cui benefecerint, utq; alij non retrahantur. Abundantius enim te-

Matth. 21. Ioann. 2.

c. Reliqui de cuſtod. Euch.

l. Caueri. ff. commun. prędior.

l. 2. C. de ſacroſ. Eccleſ. §. ſancimus. auth. ut ab II luſtr.

Patrini Eccleſiarum magis honorari debent, quàm cæteri.
c. nobis, de iure patr.
De atriis, & porticis Eccleſiæ.

netur Eccleſia patrinis, qui quod habet Eccleſia, donauerunt, quàm aliis; & exinde quantò plus contulerit patrinus pro Eccleſia ędificanda, eò plus honoris conferatur, & pinguius ei in alimentis conferatur, & prouideatur. Quocirca ſumma huius noſtri colloquij hæc eſt, vt Epiſcopus in Viſitatione faciat, & atria, & porticus, & ipſam Eccleſiam liberã eſſe ab omni actione ſeculari, ut miniſtris Eccleſiæ nullum ſit impedimentum, pęnaſq; apponat omnibus, qui altiorem locum ſedendi quęrunt, ſi ſcandalum oritur, ſin autem modeſtia eſt adhibenda, ut ſemper tamen quid plus Patrino conferatur.

## *Epiſcopus viſitans altaria, quæ inquirere debet.* *Cap.* XIX.

De altari.

SEd viſitans Epiſcopus altare, debet multum circumſpectus eſſe, conſiderans, An in Eccleſia ſit altare maius, & principale, quod ſi non in ea reperiuntur, omnino addatur; cognoſcatq; ornamenta ſuper eo poſita, nẽpe an ſint pura, & munda; quia nimis videtur abſurdum, in ſacris ſordes nõ negligere. quæ dedecerent etiã in prophanis inquirat, quæ ſit altaris altitudo, & quòd facies eius ſit ornata, ſit ibidem gradus ſpatioſus, ideſt ſcabellum, vt commodè celebrans ſe adaptet. Porrò miniſtri ſint ſolliciti, & ſecundum conſuetudinem ipſius Eccleſiæ, & feſtorum occurrentium ornando, ut puritas ſit ex omni ſua parte. Cogat per iuris remedia fundatores ad dotem, ne quid vanum, aut ſuperſtitioſum ſit ſuperimpoſitum, ne quis deſuper celebret rebus prophanis, & ad ſortilegia aptis ſuper impoſitis, aut cum precibus nephariis inſolitis, atque inhoneſtis, vt pluries eſt auditum, vt refert Cyrillus, de ſortilegiis; ſed omnia dicat iuxta Miſſale nouiter impreſſum ex decreto Concilij Tridentini, & Pij V. Pontificis Maximi: & ſi quem talia contrauenientem repererit, grauiter plectat Epiſcopus iuxta ſacrorum Canonum ſanctiones, eum honore priuãs, & deponens. Similiter ſi altare non ſit conſecratum, nec portatile appoſitum, celebrans deſuper ipſum, aut etiamſi abſque indumentis debitis, eadem pœna puniatur; quod & dixi etiam in

c. fin. de cuſtodien. Euchar.
c. Cùm ſicut, de cenſ. Eccl.
Cyrill. de ſortileg.
26. q. 5. cap. ſi quis Epiſcop.
c. j. de conſec. Eccl. uel Alt.



in libro ſexcentum Quæſtionum, quas in ſacrificium Miſſæ ſcripſi, ac diſſerui. Imò ſecundum Abbatem, debet talis perpetuò priuari etiam beneficio.

Tract. 2. c. 29.
Abb. in c. fi. de celebr. miſſ.

## *Quænam alia circa altare cauere debeat.* *Cap.* XX.

CAueat inſuper Epiſcopus uiſitator, ut altare ſit lapideũ, & non ligneum, exemplo illius antiqui noſtri Patriarchæ Iacob, qui erexit lapidem in titulum; &, ut in eo ſint poſitæ reliquiæ ſanctorum Martyrum in eius conſecratione; ut habeat dotem, & de conſenſu Epiſcopi erectum ſit; utq; ſine eius conſenſu non deſtruatur, aliàs punitur depoſitione, ſi ſit clericus; ut etiam altare non ſit erectum ſupra ſepulchra hominum, ut cauetur per ſacrum Concilium, ex quo bene prouiſum eſt, monumenta hominum in altum etiam ſuper altaria, & muros Eccleſiæ remoueri debere. Caueat inquam Epiſcopus, ut altaria ſint benè coperta liteaminibus albis, vnde legitur: Ioſeph enim accepto corpore Chriſti de Cruce, inuoluit illud in ſyndone munda. Vltimo caueat Epiſcopus, ne ipſis altaribus ita adhæreant laici, ut dum ſacra aguntur, infeſti in aliquo ſint Sacerdotibus, cùm pro tali appropinquitate ſoleant euenire non minima ſcandala; quale fuit illud hic Romę, quod quidam Chriſtianæ religionis inimicus, nondum conſecrato pane, & calice per Sacerdotem in ſanguinem Chriſti, illum abſtulit auſu temerario de altari; qui fuit hic Romæ poſtea uiuus combuſtus.

Gen. 28.
c. Altaria, de conſ. diſt. 1
Gull. li. 1. c. 7.
c. nullus præſbyter, de cõſ. diſt. 1.
c. non oportet de conſ. diſ. j.
Altare nõ ſit erectũ ſupra ſepulchro hominum.
Matth. 27
Altaribus nemo laycus initatur.
c. j. de cel. miſ.
Nota.

## *Quæ docere debet populum viſitans Sacramentum Euchariſtiæ.* *Cap.* XXI.

Trac. 2. q. 102.

ET, quoniam ſuper altari ſolet ſuperponi tabernaculum, in quo Chriſti corpus ſeruari, atque adorari ſolet, ideo hic de eo, (& ſi aliàs in libro, quem de ſacrificio Miſſæ edidimus, ad plenum de utroque di-

diſputauimus ) aliqua diſſeramus, potiſſimum] quid docere debeat uiſitans tantum ſacramentum ipſos fideles inibi præſentes. Poterit ergo diligens Epiſcopus, priuſquam ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum uiſitet, benè prius ſuum informare populum ibi exiſtentem, uidelicet hanc de hoc auguſtiſſimo ſacramento debere tenere firmiter doctrinam, ſcilicet quã

Seſſ.23.c.1

Sancti Patres Concilij Tridentini, & maiores etiam omnes docuerunt, quamque nunc Catholica Eccleſia, a Chriſto domino noſtro, & ab eius Apoſtolis, atque a Spiritu ſancto illis omnem ueritatem indies ſuggerente, edocta retinet, quamq; ad

Seſſ.13.c.15

finem uſque ſeculi conſummabit. Pro certo enim ipſa tenet, ac profitetur, in almo ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſacramento, dominum Ieſum Chriſtum uerum Deum, atque hominem uerè, & realiter, atque ſubſtantialiter, ſub ſpeciebus illarum rerum

De conſecr. diſt.2.c.panis

ſenſibilium contineri. Inſtruendusque eſt clerus, & populus etiam in hoc ſacramento, non eſſe alterationem corporis Chriſti, ſed accidentium, quià panis conuertitur in corpus Chriſti, per conſecrationẽ enim panis, & uini, fit conuerſio totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Domini noſtri, & totius ſubſtantiæ uini in ſubſtantiam eius ſanguinis. Sic enim con-

Seſſ.13.c.4

feſſa eſt ſancta mater Eccleſia in Concilio Tridentino.

### *Euchariſtiæ Sacramentum, qualiter cuſtodiendum, retinendumve ſit. Cap. XXII.*

Car. Borrom. in 2. par. acto. Eccl. Mediol.

ADuertat poſtmodum Epiſcopus uiſitator, ut ſanctiſſimum Chriſti corpus accuratè, honorificeq; cuſtodiatur, ut nempe ſit ei locus multũ decens, ac eminens, ſcilicet ſuper altari maiori in decenti tabernaculo, utq; tabernaculum, cum cruce in ſummitate eius erecta ſit benè firmum, ac ex omni parte clauſum, ut nec foramen etiam minimum pateat; ſitq; bene reconditum, claueq; ſemper clauſum; quiq; clauem detinet, ſit præsbyter, uel aliquis alius ſufficiens, & Deum timens. Neque permittat Viſitator tabernaculum conſiſtere in loco humido, faciatq; illud eſſe honorificum cum ueſte ſerica interiori, & exteriori, ac cum uaſe aureo, ſeu argenteo, & cor

porali



Foris, & intus ornatum ſit Tabernaculum.

porali benedicto in pyxide ad retinendum Sacramentum, & cum cooperimento ſimili ſerico, iuxta facultates Eccleſiæ.

Mutatio ſacramẽti octauo quoq; die facienda.

Quolibet autem octauo die renouetur ſacramentum, hoc eſt, iuxta Synodum Bituntinam, quarta Feria, eo (inquam) die, quo primum a Domino noſtro Ieſu Chriſto confectum eſt, ne aliqua in ipſo corruptio generetur, & antiquum ſumatur.

In Tabernaculo ſanctæ Euchariſtiæ nil aliud retineatur.

Inhibeat etiam Epiſcopus, ne in tabernaculo ſanctæ Euchariſtiæ aliquid aliud omnino detineatur, nec alia ſacramenta, quæ in alio loco honeſto retinenda ſunt.

### *Euchariſtiam incautè remittens, qua pœna puniri debet. Cap. XXIII.*

c. ſane, de celebr. miſſ.

ET ſi quis Euchariſtiæ cuſtos ſua iniuria, & incautè, eam dimiſerit, iuxta ſacrorum Canonum ſanctiones puniatur, ſuſpenſione ſcilicet trium menſium ab officio. Et ſi maior fuerit culpa, aut negligentia, maior etiam detur pęna, addendo, uel minuendo, ſecundum cauſam facti, & ſic arbitraria pœna erit. cap. de cauſ. de off. deleg.

L. quod. §. pęnę. ff. de his, qui no. infam.

### *Lampas ardens ante ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum eſſe debet ſemper. Cap. XXIIII.*

De lampade ardente ante ſacramen. Euchariſtiæ.

VIdeat inſuper Epiſcopus viſitator, ut continuè lampas ſit ardens ante ſanctiſſimum Euchariſtię ſacramentum, hoc eſt, die, noctuque, ut ingredientes Eccleſiam ſciant, ubi nam primùm adorare debeant præſentiam Saluatoris noſtri: quia ſic fideles adorando tam admirandum ſacramentum, recolunt beneficium collatum: vnde cuius donum, uel munus frequentiùs aſpicitur, eiuſdem memoria ſtrictius retinetur.

Eucha-

diſputauimus ) aliqua diſſeramus, potiſſimum quid docere debeat uiſitans tantum ſacramentum ipſos fideles inibi præſentes. Poterit ergo diligens Epiſcopus, priuſquam ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum uiſitet, benè prius ſuum informare populum ibi exiſtentem, uidelicet hanc de hoc auguſtiſſimo ſacramento debere tenere firmiter doctrinam, ſcilicet quã

Seſſ.23.c.1

Sancti Patres Concilij Tridentini, & maiores etiam omnes docuerunt, quamque nunc Catholica Eccleſia, a Chriſto domino noſtro, & ab eius Apoſtolis, atque a Spiritu ſancto illis omnem ueritatem indies ſuggerente, edocta retinet, quamq; ad

Seſſ.13.c.15

finem uſque ſeculi conſummabit. Pro certo enim ipſa tenet, ac profitetur, in almo ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſacramento, dominum Ieſum Chriſtum uerum Deum, atque hominem uerè, & realiter, atque ſubſtantialiter, ſub ſpeciebus illarum rerum

De conſecr. diſt.2.c.panis

ſenſibilium contineri. Inſtruendusque eſt clerus, & populus etiam in hoc ſacramento, non eſſe alterationem corporis Chriſti, ſed accidentium, quià panis conuertitur in corpus Chriſti, per conſecrationẽ enim panis, & uini, fit conuerſio totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Domini noſtri, & totius ſubſtantiæ uini in ſubſtantiam eius ſanguinis. Sic enim con-

Seſſ.13.c.4

feſſa eſt ſancta mater Eccleſia in Concilio Tridentino.

## *Euchariſtiæ Sacramentum, qualiter cuſtodiendum, retinendumve ſit. Cap. XXII.*

Car. Borrom. in 2. par. acto. Eccl. Mediol.

ADuertat poſtmodum Epiſcopus uiſitator, ut ſanctiſſimum Chriſti corpus accuratè, honorificeq; cuſtodiatur, ut nempe ſit ei locus multũ decens, ac eminens, ſcilicet ſuper altari maiori in decenti tabernaculo, utq; tabernaculum, cum cruce in ſummitate eius erecta ſit benè firmum, ac ex omni parte clauſum, ut nec foramen etiam minimum pateat; ſitq; bene reconditum, claueq; ſemper clauſum; quiq; clauem detinet, ſit præsbyter, uel aliquis alius ſufficiens, & Deum timens. Neque permittat Viſitator tabernaculum conſiſtere in loco humido, faciatq; illud eſſe honorificum cum ueſte ſerica interiori, & exteriori, ac cum uaſe aureo, ſeu argenteo, & cor-

porali



porali benedicto in pyxide ad retinendum Sacramentum, & cum cooperimento ſimili ſerico, iuxta facultates Eccleſiæ. Quolibet autem octauo die renouetur ſacramentum, hoc eſt, iuxta Synodum Bituntinam, quarta Feria, eo (inquam) die, quo primum a Domino noſtro Ieſu Chriſto confectum eſt, ne aliqua in ipſo corruptio generetur, & antiquum ſumatur. Inhibeat etiam Epiſcopus, ne in tabernaculo ſanctæ Euchariſtiæ aliquid aliud omnino detineatur, nec alia ſacramenta, quæ in alio loco honeſto retinenda ſunt.

Foris, & intus ornatum ſit Tabernaculum.

Mutatio ſacramẽti octauo quoq; die facienda.

In Tabernaculo ſanctæ Euchariſtiæ nil aliud retineatur.

## *Euchariſtiam incautè remittens, qua pœna puniri debet. Cap. XXIII.*

ET ſi quis Euchariſtiæ cuſtos ſua iniuria, & incautè, eam dimiſerit, iuxta ſacrorum Canonum ſanctiones puniatur, ſuſpenſione ſcilicet trium menſium ab officio. Et ſi maior fuerit culpa, aut negligentia, maior etiam detur pęna, addendo, uel minuendo, ſecundum cauſam facti, & ſic arbitraria pœna erit. cap. de cauſ. de off. deleg.

c. ſane, de celebr. miſſ.

L. quod. §. pęnę. ff. de his, qui no. infam.

## *Lampas ardens ante ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum eſſe debet ſemper. Cap. XXIIII.*

VIdeat inſuper Epiſcopus viſitator, ut continuè lampas ſit ardens ante ſanctiſſimum Euchariſtię ſacramentum, hoc eſt, die, noctuque, ut ingredientes Eccleſiam ſciant, ubi nam primùm adorare debeant præſentiam Saluatoris noſtri: quia ſic fideles adorando tam admirandum ſacramentum, recolunt beneficium collatum: vnde cuius donum, uel munus frequentiùs aſpicitur, eiuſdem memoria ſtrictius retinetur.

De lampade ardente ante ſacramen. Euchariſtiæ.

Eucha-

## *Euchariſtia ad infirmos deferenda parata eſſe debet.* Cap. XXV.

Seſſ.3. c.6. & c.ſanè, de cel. miſſ.

Sacerdos deferens Euchariſtiam infirmo, qui incendere debeat.

MAxima etiam pietate, ac ſanctitate, inſtitutum eſt ſanè, ipſam Euchariſtiam ad infirmos honorificè deferri poſſe; quo caſu prouideat pręsbyter eam deferre habitu decenti, ſuperpoſito mũdo velamine, ac cũ ſuperpelliceo, lumine pręcedẽti, cũ omni reuerẽtia, & honore, uultu demiſſo ante pectus. ſimiliter cũ vaſe argẽteo, uel ſaltem in Calice uelo ſerico cooperto, non tamen in uaſe vitreo. Deferanturq; duæ particulæ, ut in regreſſu ab omnibus adoretur cũ pallio, & tintiriolo honeſto, præceden. campanula (canetis.n. inquit lex, tubis ſuper holocauſtis, & pacificis uictimis) ac lanterna, ut cuncti genuflectant. Et ſi ex copia infirmorum (mihi hic Romæ contigit habere, maximè milites) omnes particulæ miniſtratæ fuerint, ut nulla remanſerit, redeat tunc Pręsbyter ſine ſolemnitate, & ueſte, ne populus ex ignorantia adoret tabernaculũ. Deferat autem hanc ſacram Euchariſtiam ſolus ſacerdos; uel urgente neceſſitate deferat Diaconus, quia hoc officium Chriſtus uoluit committi ſolis præsbyteris, ut ſumant, & dent cęteris. Habeat etiam ſacerdos clericum, qui cum eo miniſtrante, orationes, & preces recitet. Nec prætermittatur ſacerdos examinari ab Epiſcopo, quę cęrimoniæ, qui ritus, quæve etiam preces obſeruentur circa infirmum communicandum, ad hoc, ut omne uanum, & ſuperuacaneum collatur. Habita de altari maiori, ac deſuper eo tabernaculo, necnon & de ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento, quod in eo adſeruari mos eſt, oratione, & mentione, nunc de portatili altari aliqua hoc etiam loco ſubijciamus.

Num.c.10

Ration.lib.4. c.41

De conſ.diſ.2 c.peruenit.

Viſitator examinet pręsbyterum de cœrimoniis, & precibus erga infirmos.

## *Quæ ordinare debet Epiſcopus circa Altare portatile.* Cap. XXVI.

De altari portatili.

PRouideat inſuper Epiſcopus in uiſitando, ſeu conſecrando altaria portatilia, ne lapides ſint ita parui, ut nec mediam hoſtiam capiant, & nihil calicis tangant,

ſicuti



ſicuti ſępe uiſum eſt. Ideo ergo hoc bene aduertat, & talis ſit ille lapis, qui integram hoſtiam, & totum calicem capiat. Et ſi in altarium viſitatione occurrat, quòd aliquod altare inueniatur læſum, ſeu fractum, ut ſine ſcrupulo nequeat in eo celebrari, id cum ſolitis Eccleſiæ cœrimoniis conſecret, & anteà nullatenus in eo celebrari permittat. Hoc tamen dicimus, quando notabiliter, & enormiter ſit læſus lapis, uel formam uideatur amiſiſſe, uel remotus a foramine concauo, ubi reliquiæ poſitæ erant, & remotæ ſunt, non tamen noua reconciliatione indigebit altare, in quo degradatus, aut interdictus, ſiue excommunicatus in altari celebrauerit; prout Honorius ſcriptum reliquit. Sed ſi in ipſa dubitatione contigerit dubitare, vt ſępe ſolet cõtingere, an altare ſit conſecratum, non apparentibus ſignis cõſecrationis, neque ſcripturis, licèt multi dicant præſumendum eſſe affirmatiuè; tamen reuera conſecrandum eſt. Sic enim ordinatur Epiſcopis a Concilio Meldenſi. Conſecrare autem altare non ad omnes ſpectat, ſed ad Epiſcopos tantũ, quia hoc fit, reſpectu ordinis, non iuriſdictionis. Ideò committi non poteſt, niſi alteri Epiſcopo, ut Aſtoricenſi Epiſcopo nonus pręcepit Gregorius.

Altaria fracta ſunt conſecrãda.

Altare propter remotas reliquias conſecrari debet.

c. 2. de ſacramen. non iteran.

c. Eccleſiæ, de conſ. diſt. 1

Conſecralio altarium, ad quem ſpectat. c. aqua, de cõſec. Eccl.

## *Oblationes, quæ fiunt ad altare per pios fideles, cuiuſnam eſſe debent.* Cap. XXVII.

De oblationibus ad altare factis.

Seſſ. 21. c.4. de reform.

CVm ſecundum Conc. Trident. & hoc iure nouiſſimo cautum ſit poſſe populum compelli miniſtrare neceſſaria, quæ ſufficiant ad uitam Sacerdotum ſuſtẽtandam; Ideò prouidebit Epiſcopus viſitator, ne oblationes factæ Eccleſiis, ſeu altaribus aliquo prætextu occupentur a laicis, etiam per poteſtatem ſecularem. Quicunque. n. inquit lex, eas per poteſtatem ſecularem obtinebit, proculdubio cõtra Deum, & ſanctorum Patrũ nititur ſanctiones; quinimo & qui accipit, & qui tradit, raptor, & ſacrilegus iudicatur. Et Gloſa addit, quòd hi Iudæ furi comparantur. Imò hodie, ſi laici uſurpare talia auſi fuerint, tales anathemati ſubiaceant, quandiu talia reſtituerint, ſecundum Concil. Trident. decreta.

cap. cauſa, de uerb. ſig.

c. Sanctorum, & c. hanc, 10. q. 1.

Seſſ. 22. c. 11. de reform.

L Tales

Vaſa aurea eccleſiæ oblata, in inuentario ſcribẽda ſunt.

Tales igitur oblationes a fidelibus factas ad altare,& Eccleſiã, pro uſu,& commoditate (inquit gl.) ſuorum miniſtrorum per Epiſcopos conuertantur. Si autem illa, quæ oblata ſunt,ſint aurea,aut argentea uota,conſeruentur,& adnotentur in Inuẽtario, nec alienentur, inconſulto Romano Pontifice; ſicut & Imperator etiã Iuſtinianus ſanxit,excepta cauſa redemptionis. Tunc.n.datur ciuitatis Epiſcopo facultas detrahendi,aut acceptis nũmis in cauſam pignoris dandi,ut inde captiui redimantur. De oblationibus autem,quę cauſa mortis fiunt,quę aliter legata pia dicuntur,diximus ſup.lib.j. Circa tamen huiuſmodi prædictas oblationes,declaret Epiſcopus uiſitator Sacerdotibus,non omnes oblationes eſſe accipiendas; maximè ab hæreticis,Iudæis,excommunicatis,oppreſſoribus pauperum,a raptoribus, ab uſurariis; quia oblationes iniquorum non reſpicit Deus; ſicut ad munera Caim non reſpexit Deus. Quòd.n. ex ſcelere offertur in ſacrificium omnipotentis Dei,ipſius iracundiam (dicit Greg.) non placat,ſed irritat. Hæc ſupradicta a nobis dicuntur in Concilio Carthaginien. & per Eugenium tertium. Vltimò circa oblationes aduertat Viſitator, quòd ſi oblationes erunt factæ imagini in pariete alicuius priuati, per quam fortè Dominus dignatus ſit facere miracula, ut determinet eſſe illius Eccleſiæ parrochialis, intra cuius fines eſt ipſa domus priuati; prout determinarunt iampridem Pontifices, & Doctores, & nullatenus concedat domino domus illius.

[Margin: l.præterea, C. de ſacroſ.ecc. De legatis piis. — lib.1. tract.4. c.44.cum ſeq. — Gen.4 — c.nõ eſt.j.q.j. — c. oblationes, diſt.90.c.eod. de rapt. — c.requiſiti,de teſtam. Abb.in c. paſtorali, nu.2. de his, quæ fiunt a præl.]

## *Epiſcopus viſitans, quænam circa altaria, & ornamenta ad Eccleſias neceſſaria prouidere debet.* *Cap. XXVIII.*

De neceſſariis & altarib. & eccleſiis. — 1. Machab.4.

CVm antiquum ſit inſtitutum,domum Dei fuiſſe ſolitam decorari, & Templum eius exornari; Vnde Iudas Machabęus poſt purgatum, atque emundatum templum,dicitur ędificaſſe altare nouum,ędificaſſeq; ſancta, & quæ intra domum intrinſecus, & ędem, & atria ſanctificauit, & fecit vaſa ſancta noua, & intulit candelabrum, & appendit uelamina, & ornauit faciem templi coronis



aureis, ſcutulis. &c. Ideò aliqua ſunt videnda pro ornatu ipſius templi Dei. Qui loquens ad ſeruum ſuum Moyſen,iuſſit ſibi fieri tabernaculum ornatum cortynis de byſſo retorta hyacinthis, purpura,gemmis, tabulis, luminaribus, aromatibus in unguentum, quod idem de Templo ędificato, & ornato a Salomone legimus. Sic & Eccleſia Dei domus ſua,figurata per tabernaculum Moyſis, & Templum Salomonis, in qua ipſe Deus in ſpiritu ueritatis adorabitur, ornata, decorata, atq; ampliata eſſe debet, omnibus ad cultum diuinum facientibus. Sint igitur in ea ante altare corporis Chriſti luminaria conſtituta, cum decenti etiam apparatu luminarium cęræ, & olei, ut frequens populi deuotio accreſcat, ſecundum tamen facultatem, quod reſpondeant feſtiuitatibus anni, cum ueſtibus opportunis altari. Cortinæ ſint honeſtæ. Ante altare ſint manutergia pro manibus tergendis, ne Sacerdotes celebrantes, cum pannis altaris mundent manus. non enim ad hoc tobaleæ altaris ſeruire debent. Prouideat inſuper Epiſcopus, ut quæ ad uſum altaris ſunt, nitidè mundentur ad partem, iuxta piſcinam, ſeu ſacrarium, & maximè corporalia, quæ mundam ſyndonem, cum qua Chriſtus fuit ſepultus, denotent. Similiter, & paramenta, quibus Sacriſtę non utantur pro ornandis ſedibus, muris, aut capellis, ſed tantummodo ad uſum deſtinatum conſeruentur. Fortius, nec ad uſus prophanos, ut ad laruas, fabulas, & ad ſpectacula multi olim uſi ſunt. Videat præterea, ut calices, patenæq; ſint de auro, uel de argento, & non ex ære, uel aurichalco, cum corporalibus integris,& congruis, quibus omnibus ſit benedictio, & Pontificis addita conſecratio, ut notatur in Pontificali. Libri inſuper opportuni adſint pro Miſſis celebrandis, Euangelijs, Epiſtolis, iuxta multitudinem clericorum,Antiphonaria, Reſponſoria,Homiliæ,Baptiſterium ordinarium officij, Pſalterium,ſeu Breuiarium, de quibus habemus præceptum ex dictis Sancti patris Auguſtini. Quo autem tempore tales libri legantur,dixi in meo libello trecentũ Quęſtionum, quas in diuinum officium feci.In hoc etiam diligenter Epiſcopus incumbet,quod & alibi dixi,præſertim in libro,

[Margin: Exo.25.& 26 — 2.Par.3. & 4. — Exo.26. Ioann.4 — c.non oportet cum ſe.diſ.23 — Paramenta ſacerdotum ad uſum humanum non adhibeantur. Card.Borr.in 2.par.act.ecc. Mediol. — diſt.38.c.quæ ipſius. — Auctor alibi. — Tract.2.q.3.]

c. ad nuptiarum, de conſ. diſt. 1.

quem in ſacrificium Miſſæ edidi, ut nullatenus in paramenta, & in ueſtes Eccleſiarum conuertantur ueſtes alicuius ſecularis perſonæ, quod & a ſanctis patribus proditum eſt. Imò ueſtes ſacræ ſenio confectæ, & ferè abſumptæ, nec laicis donandæ ſunt ullo modo, ſecundum Bituntinam Synodum, ſed potius comburendę ſunt.

Veſtes ſacræ ſenio cōfectę, comburendæ ſunt.

## *Quid aliud pro altari, & Eccleſia prouidere debet Epiſcopus ad cultum Dei.* Cap. XXIX.

Quęnam ſuper altari, in quo celebratur, requirantur. Trac. 2. per totum.

AD hoc etiam præbeat Epiſcopus oculos, ut in altari, in quo celebratur, ſint candelabra, & puluinar ſuppoſitum Miſſali, ſitq; crux in medio, de quibus plenius dixi in prædicto meo libello in ſacrificium Miſſę. Videatque, ut in unaquaq; ſui capella ſit candelabrum aut ex ligno, aut ex aurichalco, & pro dictis altaribus, & etiam pro eleuatione corporis Chriſti, ſecundum decentiam, atque neceſſitatem Eccleſiæ. Vtq; Eccleſia habeat ſuum cęreum Paſcalem benedictum debito tempore ſeruientem. Faciat etiam Epiſcopus, dum celebrantur diuina, laicos ſtare diuiſim, & ſeparatim a ſacerdotibus. Etenim ſæpenumero laici maximo ſunt impedimento ſacerdoti celebrāti. Quare ad hoc viſitans prouideat Epiſcopus; licèt ad communicandum, & orandum pateant ſancta ſanctorum laicis, & fœminis; quos tamen abuſus ego remouerem, ſicuti remouenda ſunt etiam multa prophana colloquia, riſus, deambulationesque, monens unumquenque fidelem, ut cum maxima reuerentia, & deuotione ingrediatur Eccleſiam; & ibi genuflectant, & non ſtent in ea orando capite operto; nec ſedeant, cùm ſtandum eſt, maximè ad audiendum Euangelium; unde Pius V. bene fecit, faciens Conſtitutionem contra deambulantes per Eccleſiam, qui & innouauit conſtitutionem Gregorij Decimi, quæ dicit, ut ad Eccleſias ſit humilis, & deuotus ingreſſus, quieta cōuerſatio, deuotis homines orationibus inſiſtant, & omnes genuflexis genibus ſanctiſſimum ſacramentum adorent, ad nomen Ieſu Chriſti domini noſtri cum exhibitione reuerentiæ caput inclinent, nullam in dictis Eccleſijs ſedi-

Cereus Paſchalis.

Conc. Tridēt. ſeſſ. 2. & ſeſſ. 22. in decreto de viſitan. & obſeru. in Mi. ab Eccleſ.

Pius V. de anno 1566. c. decer, de immu. ecc. in 6.



ſeditionem faciant, tumultumve excitent, ac clamores moueant, impetumq; committant. Ceſſent uana, fœda, & prophana, riſus immoderati, ſtrepitusq; omnes iudiciorum, & alia quæcunque, quę diuinum officium perturbare poſſunt. Aliàs ordinarij locorum tales pœna interdicti compeſcant. Vt autem diuina officia omnia quietè, & uentorum, & aquæ poſſint celebrari. Curet Epiſcopus, ut uitreæ feneſtrarum ipſius Eccleſię ſint integræ, & non fractę, ne (ut diximus) per uentorum, & aquarum fluxus, terreantur celebrantes officium diuinum in Eccleſia.

Feneſtræ Eccleſiarum quales.

## *Sacrarium aſtrui debet in Eccleſia.* Cap. XXX.

Ration. lib. 1. c. 1. num. 38

SAcrarium, ſiue locus, in quo ſacra reponuntur, de quibus modo proximo capitulo diximus, ſiue in quo Sacerdotes ſacras veſtes induunt, in Eccleſia eſſe debet. Quod uterum ſanctiſſimæ Mariæ Virginis ſignificat, in quo Chriſtus ſe ſacra ueſte carnis induit. Eſtq; huic ſimile lauacrū, ſeu fons purificationis, in quo Sacerdotes ſacra tractantes, manus lauant, aquam lotionis manuum proiiciunt; panem, cùm Pontifex benedicit, calicem, patenas, & alia (quia ſacramenta manibus tractant) miniſter reponit. In eo etiam purgatoria ſimilia, & corporalia primùm a Sacerdote, ſeu alio miniſtro benè lauantur, poſtmodum aliis accommodanda conceduntur.

## *Epiſcopus ex lege iuridiſdictionis uiſitat capellas, capellanias, & capellanos.* Cap. XXXI.

Seſ. 22. cap. 8. & 9. c. Cùm capella, de priuil.

DE capellis nunc aliqua differentes dicimus, quòd Epiſcopus a lege iuriſdictionis diœceſanæ, capellas uiſitandi, capellaniasque, ac etiam capellanos ius habet. Proinde omnes capellas, exceptis illis, quæ ſub Regum immediata protectione ſunt, Capellaniasque, ac earum capellanos uiſitabit Viſitator; prout uidentur uelle, & aliquæ Pontificum Decretales, & ipſum etiam Concilium Tridentinum. Nam ratione

cap. diuina, de priu. in extra. Seſ. 24. c. 2. de reform.

ratione beneficiorum, ut in fine Decretal. Pontifex fatur, ipſis ordinarijs ſubiecti ſunt prædicti omnes. Eſt enim & Capellania quoque beneficium Eccleſiaſticum habens ſpiritualem annexum; quæ etiam datur in titulum, ut ſancire uidentur Clemens, Paſchalis, Vrbanusq; etiam in Concilio; quinimo appellatione Capellarum, non ſolum Capellaniæ, uerumetiam ipſę Parrochiales Eccleſię continentur.

Clem. diſpendioſum, de iudic.c. ſi quis ſubiecerit. 1.q.3. c. ſanctorũ.diſt.70. c.extirpanda, de præb.

### *Viſitans capellas quid inquirere debeat.* Cap. XXXII.

De Capellis, & in quo loco fabricãdę ſint.

PRoinde uiſitans huiuſmodi capellas Epiſcopus exquirat in primis de loco fundato, an decens ſit, uel egeat tranſlatione, fortè propter temporum calamitatem. Procuret, ne ſint ſubtus priuatas domos, ſed ſint capellę undequaque liberę. Quærat, qui ſit redditus, & an ſufficiat ad onera. Qui ſint etiam miniſtri. An una, uel plures aſſignatæ ſint Miſſæ, ſi dicantur, & quando. An in Paſchat, uel Aſcenſione domini, uel in huiuſmodi, uel quotidie: & ſi in ea reperiuntur neceſſaria ad cultum diuinum, ſi adſunt portę primæ cum Clauibus, nec aliter celebrari permittat. Recognoſcat etiam earum inſtrumenta, in quibus quæ reperiantur pacta, conditiones, aut res alienatæ, aut alia; in omnibus iſtis ſeruetur uoluntas teſtatoris. Si ſint plures Capellani, quo ordine celebrent, & adminiſtrent. Exhibeantur etiam fundationes, quas omninò regiſtrari faciat Epiſcopus. Ne circumcirca prædictas ſint loca ſordida, & ad nauſeam iuducentia, quę diuinum cultum dehoneſtent.

### *Circa capellas, quid aliud obſeruare debet Epiſcopus.* Cap. XXXIII.

c.auctoritate, de priu.in 6 c.omnes baſilicæ,16.q.7.

VIdeat pręterea viſitator an capella ſit ędificata cũ conſenſu Epiſcopi diœceſani, ſine quo non poteſt conſtrui, ut dicit Alexander Quartus, & cùm conſtructa ſtatim eſt in ſua diſpoſitione, ſicut cęterę alię de communi le-

ge,



ge, & nemo poteſt facere illum deſtruere, ſeu demoliri, niſi prædictus Epiſcopus; quia cum ſit effectum ius ſpirituale, nullum ius amplius cõpetit laicis, etiam per pręſcriptionem. Percõctetur etiam, quid ſit cautum in eius fundatione, nempe an reſidentiam, aut perſonale aliquod ſeruitium requirat; Vel an in ipſa Capella ſit ſpecialis cura annexa; quia tunc incompatibilitatem inducit; niſi ex aliqua iuſta cauſa diſpenſationis quis ſe tueretur. Ne quis duas inſuper capellas, ſeu capellanias habeat in eadem Eccleſia, proſpiciat idem Epiſcopus. Sic nec duo altaria (in titulo dico) contra Canonicas ſanctiones, ſecus ſi eas haberet ad onus, ſeu ad officiandum. Vel ſi non ſufficiat una capellania ad ſuſtentandum uitam, & aliam ſine cura haberet, toleraretur; ut etiam placuit Concilio Tridentino. Nec demum permittat Epiſcopus laicos in aliquo loco circa prædictas capellas ſe intromittere; ſunt enim incapaces proprietatis, & poſſeſſionis alicuius iuris ſpiritualis, ſecundum Abbatem.

c.gratia, de reſcrip.in 6.

c.1.de cõſue. in 6.

Seſſ.24.c.17.

Abb. in c.fin. de reb. Eccle. non alien.

### *Epiſcopus viſitans Imagines in Eccleſijs, quæ inſtruere populum debeat.* Cap. XXXIIII.

Conc.Nicen. ſeſſ.2 Conc.Tridẽt. ſeſſ.28.de ſac. imag.

QVoniam autem in antiqua ſanctorum patrum, & ſacrarum Nicenæ, & Tridentinæ Synodi traditione, conſtitutum eſt, Chriſti imagines, Deiparæq; Virginis, atq; aliorum ſanctorum in templis habendas, ac retinendas eſſe; eiſq; debitum honorem, ac uenerationem impartiendam; Ideò inſtruatur populus, ne ad idololatriam ſe uertat, ab Epiſcopo uiſitante, ut non credat ineſſe in eis aliquam diuinitatem, uel uirtutem, propter quam ſint colendæ; uel quòd ab eis ſit aliquid petendnm, uel quòd fiducia in imaginibus ſit figenda, ueluti olim fiebat a gentibus, de quibus etiam in expoſitione Hymnorum uerba fecimus, quæ in Idolis ſpem ſuam collocabant. Sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, ſeu myſteria, quæ illæ repræſentant; ita ut per imagines, quas oſculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Chriſtum adoremus, & ſanctos, quorum

Viſitator inſtruere debet populum circa venerationẽ imaginũ.

lib.3.hym.12 num.10.

illæ

Gull.in ratio. lib.1.c.3 Greg. diſt. 3. de conſecr.c. Prælatum.

illę ſimilitudinem gerunt,ueneremur. Vnde apud Rationale diuinorum officiorum leguntur iſti uerſus,uidelicet:

*Effigiem Chriſti, qui tranſis, pronus honora,*
*Non tamen effigiem, ſed quod deſignat, adora.*

## *Quænam alia ad eruditionem populi animaduertere Epiſc. debeat circa imagines. Cap. XXXV.*

Lib.1.tract.4. c.46

ADhibebit etiam diligentiam Epiſcopus, ne ſint imagines (quod & ſupra diximus) quæ ſcandalum, uel falſi dogmatis occaſionem uidentibus præbeant, ut tollatur omnis ſuperſtitio; neuè faciat ipſas imagines ſic ornari prophanis,& uanis ornamentis, ut gentes ad turpia cogitanda trahantur,ſed omne honeſtum ſit circa eas. Curet etiam,ne nouæ in Eccleſiis ſine Epiſcopi licentia fingantur imagines, neve prædicti ordinarij abſque conſenſu,ac cognitione,earum miracula admittantur. Moneat etiam pictores, & ſculptores omnes totius diœceſis, quæ euitare debeant in ſacris imaginibus effingendis; nempe ut nihil prophanum,obſcœnum,inhoneſtum,nihil præpoſterumuè contractent, aut quod aduerſetur ueritati ſcripturarum. Poteſt etiam dicere Epiſcopus viſitans populo ſuo,quòd ideò imagines in Eccleſiis pinguntur,ut ipſi ſimplices erudiantur: pro quibus enim ipſę ſunt ſcripturæ,ſeu etiam lectiones. Nam ſapiens certè contemplatur Chriſtum crucifixum pro noſtris peccatis; ſed populus imperitus,nō ita ſemper,ſed cùm imaginem crucifixi aſpiciunt. Atque etiamſi homines non excitantur ex his, excitentur ex iis, quæ uident, & vt etiam uidentes imagines, diuina recordentur beneficia, uirtuoſaq; Sanctorum opera.

Miracula ſine cognitione epiſcopi nō debent admitti.

Card.Borr.in 1.par.act.ecc. Mediol.

## *Epiſcopus viſitans reliquias, quæ de his ipſe inueſtigare debeat. Cap. XXXVI.*

De Reliquiis Sanctorum.

CVm autem reliquias Sanctorum vult Epiſcopus uiſitare,procedens cum luminaribus piè,deuotè,reuerenterq; etiam inquirat primùm, ſi cautè, & honorificè cuſtodiantur, & conſeruentur, ſcribanturq; etiam in inuentario Eccleſiæ pro eorum futura,& præcipua memoria. Cum uerò populo oſtenduntur, nullatenus extra capſam, ſecundum Innocent.exhibeantur, aut monſtrentur, ſed cum deuotione, & luminaribus, (ut fit Romę, dum in Eccleſijs ea ſępenumero oſtenduntur) & debitis temporibus, & horis, ſacerdotibus, & clero ſuperpelliceis,ac ſtola indutis aſſiſtentibus. Videatq; in quonam loco ſeruentur; an in vaſculis mundis, & clauibus bene firmatis, ac fidis perſonis ipſis conſignandis. Nec paſſim, aut frequenter monſtrentur omnibus, nec etiam aliquis adſit quæſtus; ſed caueatur, ut in totum omnis tollatur alicuius turpis ſpes lucri,ut ſacrum Concilium Tridentinum fieri inhibet. Doceat inſuper populum Epiſcopus, utilem eſſe reliquiarum conſeruationem, cùm nobis futuram reſurrectionem promittant, & ſpes noſtra in futurum corporis glorificatione erigatur. Horteturq; omnes ad debitam eorum uenerationem,non aliter ac pręhortati nos ſunt Honorius,& Theodoſius. Voluit enim nos Deus ſanctos ſuos honorare, & uenerari,propter noſtram inopiam, & propter Dei reuerentiam, & propter ipſorum ſanctorum honorem, & gloriam. Aduertat ultimo loco Epiſcopus, ne reliquię alicuius, qui non fuerit reuera ſanctus,pro reliquijs ſancti uenerentur. Et ideo nemo aliquem publicè uenerari præſumat pro Sancto, niſi prius, ut præcipit Pontifex, fuerit approbatus, ut ſanctus. Nec ſinat Epiſcopus de uno loco cui deſtinatæ ſunt, reliquias ad alium transferri, ordinario inſcio; nec demum de facili ſinat Epiſcopus reliquias portari ab aliquibus propter fragilem humanā, & pronam ad peccandum naturam; cùm animi enim ſit portantes eas uenerari, peccando uerò ſit illas quaſi dehoneſtare, & iniuriam eis irrogare.



c.2.de reliqu. & uener. ſan.

Card.Borr.in 1.par.act.ecc. Mediol.

Reliquiæ ſanctorum non paſſim,& omnibus ſunt oſtendendæ.

Seſſ.25.de reliq.ſanct.

l.nemo.C.de ſacroſ.eccl.

Conc.Tridēt. de inuo.ſanc. ibi,Sāctorum quoque.

De conſ.diſ.1. c.corpora.

Reliquię de uno loco ad alium, inſcio Epiſcopo,non portentur.

## *Sacriſtia in quibus eſt uiſitanda, & quæ Epiſcopus debet in ea ordinare. Cap. XXXVII.*

Vtenſilia, paramentaque, quæ ad cultū diuinum requiruntur, & alia huiuſmodi in qualibet Eccleſia eſſe debēt, & qualia.

OCulatè uideat diligenter Epiſcopus Viſitator, ſi in ipſa ſacriſtia (ſiue ea ſit Cathedralis,ſiue Collegiata,ſeu alterius Eccleſiæ) adſint paramenta, vaſa ſacra, calices,

Card.Borr.in 2. par. Actor. Eccl.Med.

liceſ,patenę, cruces,ampullæ,candelabra, thuribula, nauiculæ cum cochleari,bacilia,capſæ, & ubinam iſta reponantur, ſi adſint lampades, & ſacrę ueſtes ad exigentiam Eccleſiæ ſufficientes,amictus, albę, cintuli, manipuli,ſtolę, dalmaticæ, tunicellę, pluuialia,tobalеę,lintea,pallia,ueſteſq; ad altaria neceſſariæ,ſecundum qualitatem Eccleſiarum, & redditnum, & populum. Sicq; uideat etiam,num prędicta omnia ſint diligenter cuſtodita,munda,nitida,ac quo modo conſeruentur. Porrò curet etiam, ut adſint pro Eccleſia libri neceſſarij,ut Antiphonaria, Lectionaria,Gradualia,Pſalteria,Martyrologia,Breuiaria,Miſſaliaque, Baptiſteria inſuper, ſecundum morem Eccleſię Romanę. Quæ omnia cum ſupradictis adnotentur in inuentario rerum ipſius Eccleſię. Ordinet etiam,ſi opus fuerit,ut habeantur pro modo facultatum neceſſaria de libris,& ueſtibus,iuxta qualitatem colorum, & iuxta quod poſtulāt temporum ſolemnitates,& Sanctorum feſtiuitates. Inſuper non de facili extrahantur ipſa bona de Sacriſtia ad exterorum commodum, nec aliis paſſim omnibus mutuentur. Adſint quoque purificatoria,uela pro crucibus,& calicibus,burſę corporalium. Non patiatur etiam ueſtimentis feſtiuis uti diebus ferialibus. Amplius poterit etiam Epiſcopus viſitator unum ordinare oratoriolū, in quo ſi ſecretum factum fuerit,aliquando audiantur confeſſiones Sacerdotum; & ad quod etiam Sacerdotes genibus flexis poſſint, finita Miſſa, reddere Deo debitas gratias. Nouiſſimo loco aſtruatur etiam in ſupradicta Sacriſtia fons,ſiue lauatorium pro manuum lotione. Sed ad hoc etiam animaduertat Epiſcopus,ut ſi non adſint capſę,in quibus prędicta omnia ſeruentur,ſeu mauis armaria, ſuper quibus etiam ponantur paramenta,ut parentur Sacerdotes,faciat talia aſtrui, ſecundum diuitias Eccleſię.

Libri neceſſarij ſint Eccleſiis.

Card.Borr.in 2.par.act.Me. de orat.& armar.

Lauatoriū ad manus albuēdas.

## *Sacriſtæ officium quodnam ſit. Cap. XXXVIII.*

Politura Eccleſię frequētanda.

SAcriſta debet habere onus prouidendi neceſſaria pro ſeruitio Eccleſię,& cultus diuini,ornare ipſam Eccleſiam, altariaque, ſecundum contingentia feſtorum.





Eccleſiam mundam tenere,eiuſdemque parietes, & laquearia tergat,uerrat, pauimenta expoliat, in angulis quibuſque perdat omnia opera aranearum,purgamentaq; educat, & ſic nitida omnia reddat,& oſtendat. Sic enim iubet Frater Cornelius ſacriſtæ ſuę Eccleſiæ: ſigna pro horis dicendis debet denotare campanis,tabellas affigere pro Miſſis,anniuerſariiſque, & officiis Sanctorum. Et iccirco præcipiat Epiſcopus, ut in ſacriſtia,ſecundum dictum Bituntinæ Synodi, ad ianuam interiorē dependeat tabella,quæ deſcripta teneat nomina benefactorū; ut uel hoc exemplo intelligant populi, neminem excidere è ſacerdotum memoria; atque ideo neminem defraudari ſuffragiis debitis,ſecundum morem Sanctę Romanæ Eccleſiæ. Item debet renouare aquam benedictam, fontem purgatum tenere pro lauandis manibus,& aliis neceſſarijs. Ad eundem ſacriſtam pertinet generalis cuſtodia eorum, de quibus in præcedenti capitulo diximus, nempe ſacrorum uaſorum, ueſtimentorum Eccleſiaſticorum,totiuſq; theſauri Eccleſiaſtici. Ideò bene uideat Viſitator,quis ſit Sacriſta propoſitus,an idoneus,ſufficiens,fideliſq; ſit in tali loco.

Corne.Epiſc. Bitunt.

c. uno. de off. ſacriſt.

## *Chorus quid ſit, & ad quid inuentus ſit. Cap. XXXIX.*

CVm ſecundum Concilium Tridentinum ad hoc chorus in Eccleſiis inſtitutus ſit,uidelicet ad pſallēdum cum hymnis,& canticis,ut Dei nomen reuerenter, diſtinctè,deuoteq; laudetur. Ideo curabit Epiſcopus,vt omnes Eccleſię miniſtri,iuxta Sanctorum,ac priſcorum patrum conſuetudinem, in unum ad illum conueniant ad laudes Deo inibi dandas. Vnde ideò chorus dicitur, ſecundum Gullielm.in Rationali, conſeſſio, ſeu conſenſus cantantium, uel multitudo in ſacris collecta. De choro autem, uide, quæ dixi in expoſitione,quam feci in hymnos Eccleſiaſticos.

De choro, & quid ſit. Seſſ.24. c.12. omnes verò.

lib.1.c.1.n.18

lib.4. Hymn. c.12.num.11

## *Quid miniſtris Eccleſiæ ſtantibus in choro, debeat ordinare Epiſcopus viſitator.*
### *Cap. XL.*

Vt autem in choro omnis tollatur abuſus, neuè ab ipſo cultus diuinus diminuatur ab iis, qui iure aſtricti ſunt diuina canere officia, in hoc diligenter incumbat Epiſcopus: vt ſi qui forſan abuſus (quod auertat ſemper Deus) in choro ſint ſortiti, omnino ab eo quàm primum tollantur; ut diſſolutiones, riſus, cantilenæ, aliaq; huiuſmodi diuinum officium dehoneſtantia, quod & a Tridentino Concilio fuit iis præceptum. Itidemq; prohibeat Epiſcopus in eo fieri uana, & prophana colloquia, deambulationes, ſtrepitus, clamores, ſecularesque actiones, choreæq; omnino alienæ a clericis, ludi, tripudiaq; omnia tollantur. Diuinis prę terea officiis in choro exoluendis, uel in altaribus etiam mancipatis omnibus ordinet Epiſcopus, ac etiam eos, ſi opus eſt, cogat diuina per ſe, non autem per ſubſtitutos exercere officia, & ſibi celebranti aſſiſtere, aut Pontificalia exercenti inſeruire. Non ergo in choro ſint aliqui ocioſi, deſides, muti, aut loquaces intra ſe, in aliis non ſe implicent, non ibi literas legant, non libros, ſint in habitu decenti, honeſtoq; cum ſuperpelliceo. Non teneant in eo pileos, ſiue chirotecas, ut in omnibus modeſtos ſe præbeant, & honeſtos, ne (ut Pontifex contrahi iuſſit) ſuſpenſionis pęnam contrahant. Orent etiam eodẽ in loco, & eodem tempore ſedeant, ſurgant pariformiter in eodem tempore, & ordine diſcedant, nec laicos ſecum ſtare ullatenus patiantur. Non deſerant etiam officium ante finem, neque ad illud tardè ueniant, ſintq; demum bene intenti officio, inibiq; minores deferant ſuperioribus.

Seſſ. 22. de viſitan. in celeb. Miſſ. ab Eccl.

c. pernicioſus de celeb. miſſ.

Seſſ. 2. c. 8

c. in relig. diſt. 3. de conſec.

c. Dolẽtes, de celeb. miſſ.

l. nemo Apoſtolorum. C. de ſacroſ. Ecc.

Quid



## *Quid aliud circa chorum, & ibi celebrantes officium ordinare debeat Epiſcopus.*
### *Cap. XLI.*

Vt autem omnis in choro euitetur abuſus, ſed reuerenter, diſtinctè, ac deuotè nomen Dei laudetur, Epiſcopus viſitator deputabit unum, aut duos, ubi magnus eſt clerus, chori magiſtros, ſufficientes ad id munus explendũ, & quibus cęteri obediant. Cuius, uel quorum officium erit, ut inſtruant Sacerdotes circa Miſſas dicendas. Quomodoque, & qualiter, & quæ canenda prædoceant, & cum quibus cœrimoniis. Denuntietq; etiam, quæ antiphonę, pſalmi, verſus, lectiones, reſponſoriaq; dicenda ſint. Item quando ſit ſedendum, ſtandum, & genuflectendum; qui dicturi ſunt Euangelium, ut incedant oĩ deuotione ad altare; & multa alia aſtruat, de quibus omnibus etiam diximus in libris trecentum Quæſt. & etiam ſexcentum illarum, quas in diuinum officium, & Miſſę ſacrificium ſcripſimus. Multa etiam fatur de huiuſmodi prædictis antiquis ritibus Synodus Bituntina. Præcipiet etiam Epiſcopus, ut Miſſa concordet frequentius cum officio, nec ordinaria, ſiue ferialis ſit, ſiue ſanctorum, de facili prætermittatur propter aliam deuotionem, quod & Concilium Tridentinum etiam obſeruari mandat. Nec etiam (quod & ſupra diximus) ullatenus omittat Epiſcopus, quòd anniuerſaria non fiant pro fidelibus defunctis, qui reliquerunt Eccleſiæ bona ſua. Sed cùm occurrit extra chorum, ac etiam extra Eccleſiam diuinas laudes celebrare, ſeu ſupplicationes, rogationeſuè facere, præcipiat Epiſcopus in huiuſmodi proceſſionibus faciendis, ne omittatur debitas fieri, ſeu generales inſtitutas a ſancta Matre Eccleſia, ſiue ex neceſſitate, ſeu ex conſuetudine loci. Ad quas omnes etiam exempti uenire tenentur, iuxta decretum Conc. Tridentini. Et ſi laici eas turbauerint, ut plerunque euenit, eos excommunicet, procuretq; eos puniri, tanquàm turbantes diuinum officium, ſecundum leges Imperiales, ſeu humanas. Prouideat demum Epiſcopus, ne proceſſiones fiant a ſolis laicis, cùm ipſæ Litanię non poſſint celebrari publicè ſine clericis oratio-

Officium magiſtri chori.

Auctor alibi.

c. quidam, de celebr miſſ. Sup. lib. 1. tra. 4. c. 45. cũ ſeq.

Anniuerſaria defunctorum faciat fieri epiſcopus.

De proceſſionibus.

Seſſ. 23. c. 13. de reg. & mo. Laici turbantes proceſſiones puniãtur.

.ſi quis, cum ſeq. C. de epi. & cler. c. in loco. 5. q. 4. Auctor alibi.

orationibus, & cruce, ut dicitur in Conc. Toletano, & in dicta auth. de epiſc. & cler. in fi. & litaniis. Vide quæ ſcripſi in libello trecentum quęſt. in diuinum officium.

## *Epiſcopus qualiter procedat contra non dicentes officium.* Cap. XLII.

Seſſ. 9. tit. de Reform. ibi ſtatuimus.

SEd ſicubi Epiſcopus inuenerit uiſitando aliquem in ſacris conſtitutum, beneficiatumuè, omittentem, & non dicentem officium, non ſolum puniat eum iuxta bullam Pij V. uerumetiam procedat contra ipſum ad pœnas impoſitas a Concilio Lateranen. ubi dicitur: Statuimus quoque, & ordinamus, ut quilibet habens beneficium cũ cura, uel ſine cura, ſi poſt ſex mẽſes, obtento beneficio, diuinum officiũ non dixerit, legitimo ceſſante impedimento, beneficiorũ ſuorum fructus non faciat pro rata omiſſionis recitationis officij, & temporis. Sed eos tanquàm iniuſtè percęptos in fabrica huiuſmodi beneficiorum, uel pauperum eleemoſynas erogare teneatur. Si uerò ultra dictum tempus in ſimili negligentia contumaciter permanſerit, legitima monitione præcedente, beneficio ipſo priuetur. Qui uerò ſacris initiati beneficiatum Eccleſiaſticum non habent, ſi diuinum prætermiſerint officiũ, præter graue peccatum, quod committunt, grauiter etiam ab Epiſcopis in eos animaduertatur.

## *Capitulum non poſſe ſubterfugere viſitationem ſuorum ſuperiorum.* Cap. XLIII.

De capitulo, ab ordinario uiſitando. Seſſ. 6. & ſeſſ. 25. c. 6. Supra libr. 1. c. 63.

CVm ſecundum Concilium Tridentinum capitulum minimè ſe tueri poſſit, quominus ab Epiſcopo, ſeu ſuo ordinario uiſitetur, propterea ergo dicamus aliqua etiam de iis, quæ circa capitulum ordinare debet Ordinarius, & inquirere. Conuocabit igitur Epiſcopus cãonicos omnes, ſeu maius Capitulum ad ſe, ſeu ad locum, ubi ſermo habetur pro rebus ipſius capituli, ubi in primis pręcipiet eis, ne in poſterum capitulum faciãt diebas feſtiuis, ſeu in alijs



c. Placita, 15 q. 4. c. Decet, de immun. Eccl. in 6.

aliis diebus hora celebrationis miſſarum; quia hoc & laicis eſt prohibitum, ut & Epheſinum Concilium, & Lugdunen. ſanxerunt. Ergo multò fortius ipſis clericis, qui diuina, non ſecularia tractant. Nec cùm fiunt, ſinat Epiſcopus intra Eccleſiam ea fieri ob reuerentiam, & honeſtatem, ſed in alio loco, vbi etiã nec rumor, aut nullus tumultus fiat, ſed honeſtè, & quietè proponetur, de quo tractandum eſt, & ſingulorum uota, ordine ſeruato, perquirantur; & in ſcriptis decreta, ſeu capitula inibi facta comperiantur, & appareant.

## *Capituli ſtatuta ſunt ab epiſcopo examinanda.* Cap. XLIIII.

EXacta autem, ſeu præterita capituli decreta, omnia diligenter Epiſcopus uiſitator conſiderabit, an talia dicti capituli ſtatuta ſint licita, ac honeſta; ut contra decorem Eccleſiæ nihil omnino contineant. Poteſt nanque Capitulum ſtatuta ſibi facere in iis, quę tangunt ſecularia negocia ipſius capituli tantum: iuxta quod notatur in Clementina, quæ incipit: Conſtitutionem; & per textum in c. cum aliquibus. de reſcrip. in 6. & ea omnia benè diſcurrat, ne fortè ſymoniæ labes aliqua ſit occulta; ſicut in multis eſt auditum in receptione aliquorum canonicorum; & ſi quæ in Eccleſia fuerint conſuetudines, non ſint abrogatę abſque licentia Epiſcopi. Similiter nec nouę inducantur ſine ipſius conſenſu. Reiiciat tamen omnes prauas, & fraudulentas conſuetudines.

Clemen. conſtitutionen. §. cætera, de uerb. ſignific. c. cum aliquibus, de reſcript. in 6. c. Veniens. de Simon.

## *Ratio adminiſtrationis rerum Capituli, quomodo, & quando, & circa quæ eſt inquirenda ab Epiſcopo.* Cap. XLV.

NE autem, qui rerum Capituli adminiſtrationẽ habet, propriis commodis aliqua huiuſmodi Capituli applicet; ſeu etiam in illegitimis expenſis ea expendat, ideo examinabit Epiſcopus, quæ ſit adminiſtratio reum capituli;

tuli; nempe ut coram eo reddatur eiuſdem fidelis ratio. Vtq; non ſemper ſint, (hoc enim quandoque expedit) iidem adminiſtratores, ſed ſaltem quolibet biennio mutentur, & cùm negligentes fuerint in exactione, puniendi ſunt, ut mandat puniri Concilium Toletanum, ne uidelicet res Eccleſiaſticæ uideãtur aliqua occaſione negligi, & ſubſidium ab Eccleſia, cui deſeruiunt, percipere poſſent clerici. Nam ex hoc facto, & contemptu iſto uidentur ſe ipſos ſuo ſtipendio priuare. Reddere ergo debent adminiſtratores rationem de introitibus, & expenſis, & de omnibus, quæ geſſerint. Quòd, ſi ſede uacante Epiſcopali capitulum adminiſtrauerit bona Eccleſiæ, ſeu alius ab eo deputatus, modò quærat Epiſcopus de nouo creatus, ſeu Viſitator diligentem rationem officij ſui, iuriſdictionis, adminiſtrationis, alteriuſuè muneris, delinquẽtem puniendo, etiam liberatione pro hoc obtenta. Similiter ſi quę ſcripturæ ad Eccleſiam pertinentes, ſeu facientes fuerint, reddant omninò iuxta Tridentini Concilij prçeeptum. Prouidebit etiam Epiſcopus, ut pro conſeruatione iurium ipſius Eccleſiæ, & capituli, ſit deſignatum idoneum archiuium commune, in quo ipſę ſcripturę, & aliæ, cum inuentario omnium inſtrumentorum, iuriũque ipſorum canonicorum reponantur: Ac liber etiam adſit, in quo regeſta, & in unum relata omnia beneficia cum oneribus Miſſarum, & taxationibus, & reductionibus per Epiſcopũ factis, necnon & beneficia de nouo conſtituta, cum Miſſarum obligatione. Duęq; claues etiam duobus de principalibus ipſius capituli aſſignentur, quibus quidem ſcripturis poſtea plena fides adhibeatur. Prouideatq; Vicarius in dicta pœna, ne (ſecundum Bituntinam Synodum) per Magiſtrum actorum aliquando contingat extra archiuium deportari inſtrumenta, proceſſuſuè, ſiue alia acta, & ſcripturas, quę ad curiam pertineant. Et prima quidem uice delinquentem publicè confundat, ſecunda etiam mulctet ſecundum qualitatem ſcripturę, tertia de officio deponat,

c. ſępe, 12. q. 2.

Arg. l. Thais, §. ab hære. ff. de fideic. lib.

Seſſ. 24. c. 13. de reform.

De Archiuio pro conſeruatione librorũ, & iurium Eccleſiæ.

Auth. ad hoc. C. de fi. inſtr.

De libro, in quo beneficia diœceſis, & redditus eorum ſcribantur.

De clauibus archiuij.

Syn. Bitun. de fo. Epiſc.

Magiſter actorum acta extra Archiuiũ mittere non debet.





## *Dignitates Eccleſiaſticæ ſunt ab Epiſcopo viſitatore viſitandæ. Cap. XLVI.*

SVmentes nunc de dignitatibus tractatum, dicimus, ꝙ dignitates hoc modo uiſitabit Epiſcopus. Nempè primò uidebit, quot ſint in Eccleſia eę, quæ prior, quæ ſecunda. quibus pręeminentiis fungantur, quæq; fuit earũ inſtitutio. nam dignitates in Eccleſia, pręſertim in cathedrali, ſecũdum Concilium Tridentinum, ſunt inſtitutę ad augendam, & conſeruandam Eccleſiaſticam diſciplinam. Ex hoc autem cognoſcet Epiſcopus dignitates in Eccleſia, nempe ex adminiſtratione primò rerum eccleſiaſticarum cum iuriſdictione; ſecundò ex prærogatiuis in choro, in capitulo, uoce, loco, ſeſſione, & præcedentia: quod ex tertio ſuffragatur, quia ex conſuetudine talia habentur pro dignitatibus.

De dignitatibus Eccleſiaſticis.

Seſſ. 24. c. 12. de reform.

## *Dignitates Eccleſiaſticæ, quibus ſint conferendæ. Cap. XLVII.*

LIcet autem ad plenum uideamur ſuperiori libro expoſuiſſe, ac diſſeruiſſe de dignitatibus, non ab re tamen fortè erit, ſi eorum, quæ ſupra diximus, aliqualẽ mentionem fecerimus. Vlterius ergò poterit Epiſcopus inquirere, ſi ipſę dignitates maximè curam animarum habentes, ſint collatæ perſonis idoneis, & ſufficientibus doctrina, ad ſuũ munus exequendum; ſicut diſponit conferri Concilium Tridentinum de omnibus, & pręſertim de Archidiaconatu, de quibus omnibus fuſiùs ſupra dixi in citato loco. Vnde propterea quęrat hic ſolum Epiſcopus, a dicto Archidiacono, ſeu Archipręſbytero etiam, ſi in promouendis clericis ad ſacros ordines, iuuant aliquem contra conſcientiam, & id an fauore pręcipuè faciant, an prece. Item an aſſiſtant Epiſcopo, illiq; (ut par eſt) obediant in omnibus; & an inter ſe ordinem, pacem, & charitatem ſeruent; & an in dicendis ſententiis pro rebus publicis in capitulo, a ueritate, & iuſtitia declinent.

Lib. 1. tract. 3. c. 15. cum ſeq.

c. cum in cunctis, de elect. c. cum dilect.

Seſſ. 24. c. 12.

Archidiaconus, & Archipresbyter, de quibus debẽt examinari.

Syno. Bitunt

## Epiſcopus, quæ quærere debet à cæteris Canonicis, ſimulq́ à Sacerdotibus aliis omnibus.

### Cap. XLVIII.

Examinari ſuper quibus debent Canonici, & alij Sacerdotes.

RElìquas uerò dignitates, Canonicos ſimul, & Sacerdotes omnes hac diligentia Epiſcopus examinet. An uidelicet canonicè, & ſecundum regulam uiuant. An habeant doctrinam ſanam, probatos mores, uerba pudica, teſtimonium bonum ab aliis, qui foris ſunt, hoc eſt, in ſeculo uiuunt, an ſtudeant Pſalmodię, & ſacris lectionibus. An induantur uiſcera miſericordię, & pietatis, ſicut electi Dei: an ſæpe offerant hoſtias pro delictis populi, an ſolliciti ſint, ne quis ſua ipſorum culpa Dei Eccleſia pereat. An ſint ſine crimine, & irreprehenſibiles, hoc eſt, ſine querela. An dona Dei dent gratis, quæ gratis acceperunt, quæ omnia & a Parrocho etiam quæri poſſunt; de quo infra dicemus.

Epiſc. Bitunt.

Inſ. trac. 4. c. 1

## Diaconi, Subdiaconi, alijq́ minorum ordinum clerici, de quibus ſint examinandi.

### Cap. XLIX.

Diaconi, ſubdiaconi, cæteriq; minores clerici, qualiter examinandi.

POrrò Diaconos, Subdiaconos, uniuerſosq; ſingulorum ordinum clericos ita uiſitari oportet, videlicet: An habeant litteras ſuarum promotionum, & ordinationum. An ſint deuoti, idq; domi, & foris. An aſſidui ſint in diuinis. An reuereantur Sacerdotes, & omnes dignitates. An ſint beneuoli, officioſi, faciles, bene conſentientes, honore inuicem pręuenientes, ſiue uerò potius ſint duri, rigidi, indociles, inhoſpitales, inofficioſi, inurbani, inhumaniuè. Verùm qua fide diligentes, & officioſi uiri polliceãtur, quaq; pietate deferant, qua prudentia ſuſcipiant, qua diligentia præſtent, qua religione perſoluant officia, uidendum, ſicut aſpiciendum eſt, cur inofficioſi, & indiligentes officia recuſent, fugiant, intermittantuè, aut etiam deſerãt, ut illi quidem pro meritis laudentur. Quod & ad cæteras ſuperiores dignitates, ac canonicos referendum eſſe, in dubium non uenit, ſecundum Bituntinam Synodum. Imò & ad ipſum Epiſcopi Vicarium tranſcendendum eſſe etiam dicimus, ipſumque uiſitari debere. Num ſit uirtute pollens: Num oderit auaritiam: Num corripiat inquietos: Num unicuique reddat ius: & num alicui inferant iniuriam. Amplius Epiſcopi per Viſitatores etiam poſſunt interrogari, an cõferant beneficia indiſcretè, maximè obtentu carnalitatis perſonis minus idoneis, & ſi indoctum, & minus idoneum ſcienter ordinauit; uel illum, qui vnum pedem tenet in mundanis, & alterum in eccleſiaſticis, contra legem diuinam, ſi roget pro indignis ſcienter, ſi conferat ordines loco remunerationis, cùm non habeat aliud, quod conferat. Item ſi negligit proprios clericos idoneos, & relinquat eos, quaſi oues errantes. Item ſi promouet inuitos, nulla cauſa exigente. Si ſuſtinet clericos in delicto ſuo, nec corrigit obtẽtu obſequij ſibi præſtiti. Item ſi omittit punire delicta, ut populo placeat. Item ſi magis utitur conſilio laicorum, quàm clericorum. Item ſi ordinat per pecuniam; ſi negligenter defendit uiduas, & orphanos, & pauperes, & alias miſerabiles perſonas. De quibus omnibus, & aliis etiam fatur theſaurus Sacerdotalis.

Ratio faciendi examinis cum clericis, & ſacerdotibus.



Epiſc. Bitunt.

Vicarius Epiſcopi examinandus eſt.

Epiſcopus per Viſitatorẽ uiſitari debet.

## Dignitatis inſignia ſunt examinanda.

### Cap. L.

POterit etiam Epiſcopus examinare, & quęrere ab obtinentibus huiuſmodi dignitates, perſonatuſuè, quænam inſignia (ſolent enim obtinentes tales dignitates deferre aliqua inſignia) ſint illa, quæ deferunt, quo tempore introducta, & ſi honeſta, ne nimis exorbitantia, neuè auctoritate propria inuenta; ſiq; ea deferant loco, & tempore requiſitis, ut a cęteris de clero diſtinguantur. Vtq; admoneantur, quòd ſicut ſignis cognoſcentur, quòd illi ſint maiores, ſic moribus, & honeſtate alios pręcellant, ut eis iuſtæ ſint collatæ dignitates.

## *Canonici, quales, & quot ſint, debet ab Epiſcopo attendi. Cap. LI.*

AMplius uideat etiam Epiſcopus, ſi prædicti Canonici ſint præbendati, quot, & quanti ſint præbendati, ſpectans etiam qui numerus eorum, ſitnè numerus requiſitus, ex quibus fit Capitulum, & quot alij extra Capitulum, ſi ſint recepti aliqui ultra numerum requiſitum, & nõ ſint fructus præbendarum ſuperexcreſcentes: per receptionem enim unius ultra numerum, dicimus abrogatum numerum. Vnde in impetratione gratiæ in Eccleſia numerata, debet fieri mentio de numero ipſorum Canonicorum, ſecundum Doctores; & ſi in receptione alicuius aliqua ſit ſeruata forma, ea diſcutiatur, atque examinetur. Inquirat proinde etiam Viſitator, ſi ſint Canonici ſupernumerarij, qui licèt de præbendis adhuc non potiantur, habẽt tamen diſtributiones quotidianas, quoniam maximè ſunt ex Capituli voluntate, ſecundum communẽ conſenſum omnium Doctorum, cùm admiſſa receptione in Canonicum non debet carere. Vnde ſi talis ſit receptus in Canonicatum, & ad dignitatem, fungatur in Eccleſia ſuo munere, & ordine; non excedat gradum ſuum, ſed loco proprio ſit ipſe contentus. Inquirat demum diligenter Epiſcopus, an ſit aliquis Canonicatus, qui habeat ordinem annexum; & ſi ſit aliquis obtinens huiuſmodi, & non initiatus ſit ordine, quod & ſupra diximus, intra annum cogatur huiuſmodi ordinem requiſitum ſuſcipere. Aliàs puniatur talis, iuxta Sacros Concil. Tridentini canones, non obſtante quouis priuilegio.

c. cum M. de conſtit.

c. cum ſuper, de conce. prę.

lib. 1. tract. 3. c. 27

Seſſ. 22. c. 4.

## *Punctatores duo creandi ſunt in capitulo cum eorum officio. Cap. LII.*

CApitulum ergò Canonicorum creabit duos Punctatores in Capitulo, quodq; eorum debeat eſſe officium illis iniunget, nempe quòd ſi Canonici horas canonicas, & ſua munera non explent in choro, ſeu in altari, eoſdem dicti punctatores annotent, liſtas facientes

Qui de altari uiuunt, altari ſeruire debẽt.

tes



tes eorundem, qui abſunt in eiſdẽ liſtis, ut mulctentur, qui fuerunt deſides circa cultum diuinum; nemini tamen oſtendentes; ſed primùm iurent fideliter exercere hoc munus. De hoc autem Punctatoris officio dicitur in Synodo prouinciali Mediolanen. quòd (ultra prędicta) ſi aliquem iniuria notauerit, de ſuo ſatis faciat, uel ſi notare prætermiſerit. Libros punctationum fideliter cuſtodiat, & ſingulis menſibus, uel quoties voluerint, Epiſcopo, & Capitulo oſtendat. Conferantur autem per ſingulas hebdomadas utriuſque punctatoris libri, & ſtante dubio, Epiſcopus, uel eius Vicarius componet. Nullatenus autem, qui non ſit ſaltem in ordine ſubdiaconatus cõſtitutus, ad uocem in Capitulo admittatur; ſecundum ſanctorum patrum decreta.

Seſſ. 22. cap. 4.

Concil. prouincial. Mediol.

cap. ex eo, de elec. in 6.

Conc. Tridẽt. ſeſſ. 22. c. 4

## *Canonici, ſi habent alias Eccleſias curatas, quomodo reſidere tenentur. Cap. LIII.*

AD hoc benè eſt aduertendum in hac viſitatione Canonicorum, & Capituli, iuxta mentem conſtitutionis Pij V. quæ incipit: Cupientes; ut etiam in communi practica, & declaratione facta receptum eſt; quòd ſi ante Concilij Tridentini confirmationem fuerint aliqui Canonici, qui & Eccleſias curatas haberent, ultra Canonicatum, eo caſu teneantur reſidere; ideſt, perſonale ſeruitium pręſtare Eccleſiis curetis, & parrochialibus, exceptis tamen diſtributionibus quotidianis. Si verò poſt conſtitutionem prędictam obtinuerint, non poterunt in utroq; gradu permanere, & Canonicatu videlicet, & Eccleſiis potiri; niſi ex indulto, & diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ hoc obtinuerint: quia, cùm uterque locus de per ſe reſidentiam requirat eodem tempore, non poteſt obtinens ſimul, & ſemel in ambobus locis perſonaliter intereſſe, & deſeruire. Canonicatus enim, & Eccleſia curata, (ut uolunt Gregorij, & Innocentij decreta) ſunt incompatibiles. Circa ſublimes tamen, & literatas perſonas per Sedem Apoſtolicam poterit diſpenſari. Eſt enim ſummoperè animaduertendum Epiſcopo uiſitatori in hoc; utq; ipſe prouideat iuxta decreta

Pius V. de anno 1568.

Seſſ. 6. c. 1. & 28. ſeſſ. 2

lib. 1. c. 49. cũ ſeq. trac. 4

Con-

Concilij Tridentini,ut omnes curati, quod & ſupra diximus, dignitates, perſonatuſuè habentes,reſideant in eadem Eccleſia,ideſt ſeruitium perſonale ibi præſtent. Et quoniam de reſidentia in Eccleſiis, multa alia ſupra in medium adduximus, ideò ex ſuperioribus eliciat Epiſcopus, quæ neceſſaria eſſe uidebit.

Seſſ.26.c.10

### *Epiſcopus campanile viſitans, ſeu campanas, ad quid aduertere debet. Cap. LIIII.*

De campanili,& cápanis.

CVm autem intantum inualuerit, & hodie ſit frequentiſſimus vſus,& ſonus campanarum, & non tantùm ad Miſſas,aliaq; diuina peragenda iis utamur,ſicuti videmur a lege admoneri,ſed etiam ad congregandum Cõcilium, ad exeundum in bellum,ad horas canonicas,ad gratiarũ actiones,ad funera mortuorum,ad excommunicandum,ad gaudiũ, ad honorem alicuius perſonæ intrantis ciuitatem,ad accipiendam poſſeſſionem adepti beneficij, ut communiter obſeruatur,ad extinguendum ignem,ad tempeſtates remouendas, ad lectum intrandum,ad uniuerſitatem,ad parlamenta conuocanda,ad feſta deſignanda,ac (ut dixi) ad conuocandum capitula, ad Miſſas,atque ad diuina officia. Idcircò de campanis quoq; aliqua prælibemus, dicentes, quòd in illis viſitandis inquirat Epiſcopus locum campanilis; in primis quęrens, ſi campanę ſint benedictæ,& quę ad pulſationem campanarum pertinent, an ea adſint. Prouideatque,ut Sacriſta,ſeu alius,ad quos ſpectat,eas ſonet,iuxta uarietatem temporum,dierum,& feſtorũ, & iuxta laudabilem conſuetudinem Eccleſię,ad Miſſas,ad officium,ad horas,& in eleuatione corporis Chriſti; & ne prætextu pulſationis ipſarum aliquid cauſa turpis quæſtus ſoluatur, uel extorqueatur, & præſertim quod ſummo mane, meridieque,& ſero pulſetur campana ad ſalutationem Angelicam.

Num.10

Gl. in c.ſi capitulo,de conceſſ.præb.

Cam-



### *Campanæ debent eſſe in omni Eccleſia, & quid in Oratorijs. Cap. LV.*

EſSe autem in omni Eccleſia campanæ debent, publicè tamen; & in Oratoriis non poſſunt haberi ſine licentia Epiſcoporum, ut Celeſtinus Papa determinauit: ſic priuatus homo non poteſt ad libitum campanas erigere. Quæ campanæ ideò in feſtis, & diebus Dominicis prolixiùs, quàm in aliis ferialibus diebus pulſari debent, quia in diebus feſtis,& Dominicis,tenentur omnes ad Eccleſias ſub pręcepto accedere ad Miſſas audiendas. Vnde oportet, ut per eorum fortem, & durabilem ſonum excitentur dormientes, & pigri; quia tunc eſt tempus de ſomno ſurgere: ſed triduo ante Paſcha reſurrectionis,Epiſcopus faciat illas ſilere, & ligare, cùm eo tempore per mortem Chriſti ſiluerint Apoſtoli,& Prædicatores per campanas deſignati; unde,In omnem terram,inquit Pſaltes,exiuit ſonus eorum,& in fines orbis terrę uerba eorũ. Et quia Domino tradito a Iuda ingrato omnes dereliquerunt eum. Nec pulſantur etiam interdicti tempore,quia eſt interdictus Eccleſiæ ingreſſus; Ergo ſilentium teneri debet: licèt tamen pro Aue Maria,& pro prędicatione uerbi Dei huiuſmodi interdicti tempore illas ſonare.

c.petentibus, de priuil.

c.Miſſas,& c. omnes fideles de conſ.diſt. j.

Rom.13

Pſalm.18

Matth.25

### *Epiſcopus multa debet prohibere fieri in atriis ipſarum Eccleſiarum. Cap. LVI.*

PRouideat demum Epiſcopus uiſitator,ne in atriis Eccleſiarum (eſt enim atrium locus inter fores, & Eccleſiam medius, quod & ueſtibulum aliqui dixerunt: & propriè in noſtris terminis dicitur porticus, ſeu clauſtrum ante Eccleſias ipſas) iudicia ſecularia exerceantur: neuè in domibus Eccleſiæ, quæ eis ſunt contiguæ, licèt in ſitis in alio abſentiori loco hoc poſſet tolerari, cùm certo modo poſſint dici prophanæ; non enim immunitas Eccleſiæ, tranſit ad illum locum. Secus in domibus Epiſco-

De atriis Eccleſiarum.

c.2. & c.cum Eccleſia, de imm.eccl.

Domus eccleſiarum,quando prophanæ dici poſſunt.

ſcoporum,quæ quamuis non ſint coniunctæ Eccleſiis, tamen
dicuntur ſacræ circa libertates. Vnde apparet, quòd Epiſco-
pus viſitator debet procurare,vt atria,& porticus Eccleſiarum
immunitate gaudeant,ubi Eccleſia debet ea gaudere, ſicut de
iure gaudere debet. Ideò arcenda ſunt ab ipſis omnia propha
na,& præſertim concilia, ſeu parlamenta populorum, uel uni-
uerſitatum, uel aliorum conuenticulæ, cùm ſit maximus abu-
ſus huiuſmodi tolerare. Prohibeantur mercatus, nundinæ,
actusq; laicorum,uenditiones candelarum,eſculentorum, po-
culentorumq; vſus omnino tollatur; deiiciantur menſæ num-
mulariorum,neq; beſtiis ullum acceſſum habere permittatur.
Hæc omnia eiecit & Dominus,cùm dixit:Domus mea,domus
orationis eſt,& non ſpelunca latronum. quæ omnia fieri non
poſſunt ſine clamore,& ſtrepitu; ideò ſunt cohibenda,ut cohi
beri ordinat Concilium Tridentinum. Et ſi in fundatione Ec
cleſiæ deſignatum ſit atrium, inquiratur a Viſitatore, ſi eo ad
præſens potitur,neuè ſit ab aliis occupatum. Claudi omnino
faciat vicinorum feneſtras, ex quibus ad ipſas Eccleſias aſpe-
ctus haberi poteſt,ſecundum ordinationem Pij V. publicatam
du anno 1568. quæ incipit: Vniuerſis; & in Synodo etiam Bi-
tuntina legitur ſic: Nemo in Eccleſiis poteſtatem habeat nun-
dinandi,conuehendi,uendendi,emendi,comedendi,bibendi,
aut pernoctandi. Et iterum ſciant laici non licere illis in Ec-
cleſiis,quantumcunque eas fundauerint,dotauerint,aut repa-
rauerint,ut ius dicant,aut etiam arbitrentur; ſed neque aut ali
quos contractus celebrent, præter matrimoniales, hi enim ad
Sacramentum pertinere uidentur.

c.id conſtitutus,17.q.2
c.ſi quis. 17. q.4.
Matth.21.
Seſſ.22.de obſeruat. & rit. in celeb.miſſ.
Pius V.
Syno. Bitunt. de ſacroſ.ecc.

### *Epiſcopus, quæ in cœmiterijs prouidere debet.* Cap. LVII.

De cœmiteriis Eccleſiarum.

CVm hucuſq; de ſingulis ferè Eccleſiæ partibus ab Epi-
ſcopo uiſitandis diſſeruerimus; nunc de cœmiteriũ,
quod in omni principaliori Eccleſia extare debet,trã-
ſitum facientes,dicimus, quòd licèt antiquitus non eſſet per-
miſſum ſepeliri in Eccleſia cadauera, hoc tamen perſonis di-
gnis,



gnis,& præſtantiſſimis conceſſum fuit, ut teſtatum reliquit, ac
præcipit Magocien. Concilium. Sed a religione Chriſtiana,
ne ferarum more,Chriſtianorum corpora ſepelirentur,intro-
ductum fuit,fideles omnes in Eccleſia ſepeliri. Quæ ſi fuerit
principalior Eccleſia,habet per circuitum quadraginta paſſus.
Si uerò fuerit Capella, ſeu minor Eccleſia, triginta, ſecundum
Pontificum decreta. Et hic locus cœmiterium dicitur. Ideò
de eo etiam aliqua a nobis ſunt ſubodoranda. Nam in viſita-
tione ad cœmiterium, Epiſcopus, facta generali abſolutione
pro mortuis,iuxta ritum Pontificalis libri,inquirat in ipſis cœ-
miteriis antiquum morem ſepulturæ,ſi forſan ſit intermiſſus.
Prohibeat in eis tractari aliquod prophanum, indecens, & in-
honeſtum,uenalia omnia abiiciantur. Deteſtetur prauus vſus
ſupra cœmiteria Bacchanalia fieri,cibos,potusq; frequentari.
Ceſſent negociationes,maximè nundinarum,tumultus iudicij
ſecularis, ſtrepitusq; quieſcat, nullaq; cauſa per laicos excite-
tur,oĩq; proceſſu annullato,ſic.n.conſtitutũ eſt per Papam, &
Concilia.Et ubi cœmiteria ſunt aperta, maximè extra Eccleſiã,
ꝓcuret Epiſc.ea claudi,& portis,clauibusq; firmari,ne aliquib.
maleficijs,ſtrigis,magiſve facilis ſit aditus,aliaq; neceſſaria pro
uideri,prout loci aſpectus ſuadebit, nec reparationem, ſi qua
eſt facienda,retardari permittat, foueæq; accommodentur, &
cætera ſecundũ eius prudentiã ſuppleat. Ne (uerbi gratia) quis
ante eius benedictionẽ ibi ſepeliatur.Quærat,ſi illud eſt benedi
ctione benedictum; nec id permittat omnem Eccl.habere,ſed
tãtum habentem populum,aut ex priuilegio,quod conceſſum
fuerit. Id enim ad parrochos ſpectat ratione ſepulturæ,& par
rochialis Eccleſiæ. Faciat item Epiſcopus,ſicut de atriis,& por
ticibus Eccleſiæ diximus, gaudere immunitate, cœmiterium
quoque eadem potiri,qua & ipſa gaudet Eccleſia. Ex quo ar-
guitur per Abb.quòd ſi qui interdictus eſt Eccleſiæ,ergo & cæ
miterio. Inde ſurgit ratio euidentiſſima, quod polluta Eccle-
ſia,pollutum eſt cœmiterium, licèt non ecoutra; quia cùm ſit
acceſſorium, uitium ipſius non tranſit ad principale. Ex ſi-
mili ratione,interdicta Eccleſia,interdictum eſt cœmiterium,
& ſic tunc non poſſunt ibi ſepeliri corpora defunctorum.

l.nemo Apoſtol. de ſacroſ. eccl.C. 12.q.2. c.nullus.
c. Sicut antiquitus.17.q.4.
c.decet,de immu.eccl.in 6.
Abb.c.cum eccleſia, de immun.eccl.
Cœmiteria eccleſiarũ aperta claudãtur.
c.nemo,de cõſec.diſt.1
c.1.de ſepult. per Innoc.
c.ſuper eo.de parroch.
17.q.4.c.ſi qs in atrio. & c. ſi quis contumax cum Eccleſia, de immun.Eccl. de conſ.ecc.c. ſi Eccleſiam. in 6.

Clemen.1.de ſepult.

Perſuadeat item Epiſcopus, ut euitetur magna pompa in ſepulturis, & magnitudo funeris ſit potius ad ſolatium uiuorum, & faſtum mundi, quàm animarnm refrigerium. Sed ſi pauper moritur, dignetur prouidere Epiſcopus eum ſepeliri, cùm ipſe ſit pater pauperum, & qui eſſe debet alter Tobias in hoc caſu. Videat tamen, ne ſepeliantur in Eccleſia excommunicati, uel hæretici, aut eorum fautores, interdicti nominatim, Iudęi, pagani, ſciſmatici, ac vſurarij manifeſti, prout præcipit etiam Clement. V. Si autem ſunt mortui clerici, Rectoresve Eccleſiarum, aut etiam Monachi, faciat illos Epiſcopus ſepeliri in Eccleſiis, ubi ſunt intitulati, ſi non elegerint ſepulturam, Rector in ſua Eccleſia, Monachi autem in ſuis Monaſterijs. Videat demum Epiſcopus ne ſua Eccleſia, ac etiam aliæ ſub eo poſitæ, defraudentur quarta funeralium ſolita ſolui, maximè in monaſteriis, quam nunc forte non poſſidet: prouideat illam exigi, & in futurum obſeruari, ubi ante annos quadraginta ſolita fuit præſtari, per nouam Conſtitutionem Concilij Tridentini; non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs. Et de quibus prædicta quarta debetur, fatur prædictus Dominus Papa Clemen. in dicta Clementina.

Clemen.1.de ſepult.

Clerici, ubi ſunt ſepeliendi.

c.1.c.placuit. 16.q.1.

Seſ.25.c. 13.

## *Quænam prohibita ſunt in Eccleſijs, & atrijs, atque Cœmiterijs. Cap. LVIII.*

De ijs, quæ ſunt prohibita fieri in Eccleſijs.

CVm hucuſque de Eccleſiis, ac in eiſdem contentis; necnon de atriis, atque cœmiteriis iam ſatis uideatur eſſe dictum a nobis, reliquum eſt modò, ut de iis, quæ ſunt prohibita in eiſdem fieri, aliqua ſubderemus. Et quidem inſcius eſt nemo eorum, quę leguntur in libro Machabœorum, quòd Iudas, & fratres eius, habentes zelum legis Dei, lamentabantur, quòd Templum eorum factum erat, ſicut homo ignobilis; & ſancta in manu extraneorum facta; & uidentes prophanationem templi, ſciderunt ueſtimenta ſua, & planxerunt planctu magno, imponentes cinerem ſuper caput ſuum, cecideruntq; ſuper faciem, & exclamauerunt in

1.Mach. c.4.



in cœlum. Quare ſtatim fractis inimicis, aſcenderunt mundare ſancta, & renouare. Hinc idcirco magnum nobis debet eſſe exemplum, cùm omnia ad noſtram doctrinam ſcripta ſint, inquit Apoſtolus, ut diligentiores eſſe debeamus in Eccleſia, ut ſit ab omnibus illicitis aliena, & miniſtri non ferant in ea ſordes eſſe, quæ etiam dedecēt in prophanis, ſecundum Innocentium. Vnde in uiſitatione Epiſcopus deteſtari debet, & per modum ſtatuti grauibus pœnis prouidere, ne in Eccleſia fiant comeſſationes, cibaria, cantus, prophani ludi, confabulationes, deambulationes, ſeditiones, impetus, alijq; prophani defectus. Quæ omnia & Pontifex, & ſancti Eccleſiæ Doctores in Concilijs iampridem fieri in Eccleſia prohibuerunt. Et contra deambulantes per Eccleſiam, dum diuina peraguntur, eſt ordinatio Pij Quarti, de anno 1561. Quinimò & contra mendicantes etiam, dum diuina celebrantur, inſurgit Synodus Bituntina, ſic ſtatuens: Sacriſta denique noſtræ Eccleſiæ, & omnes parrochi, atque etiam Priores monaſteriorum, & capita aliarum Eccleſiarum vetent quàm diligentiſſimè, ne mendici quouis pietatis prætextu, dum Miſſæ celebrantur, circumeunt altaria mendicantes: Id quod profecto & ſi multis rationibus dedecet tantam Miſſę maieſtatem, potiſſimùm tamen fieri debet ad euitandam diſtractionem mentium eorum, qui interſunt Miſſæ; quia mens diſtracta non eſt una, atque ideò non eſt tota; cùm alioqui tota mente, toto corde, & tota anima colendus ſit in officio Miſſæ Deus. Et quod de Eccleſiis dicimus, hoc idem de atriis, & cœmiteriis intelligendum eſſe uolumus. Item prohibeat Epiſcopus, tam in Eccleſiis, quàm in atriis, & cœmiteriis mercata, nundinas, aliaſq; ſeculares negociationes fieri. Porrò nec permittendum eſt in eiſdem apponi ſuppellectilem, uaſa uinaria, ligna, aliaq; ſimilia, ipſum ſacrum locum prophanantia. Et magis hoc in Eccleſiis ruralibus aduertẽdum eſt, ubi illas aliqui fecerint cellaria, & granaria. Nec in eis ſunt retinenda arma, imò intrantes cum baliſtis, & ſclopetis, aliiſq; armis haſtatis, ſunt (ſecundum Concilium prouinciale Mediolanen.) eiiciendi ab Eccleſia. Pariter conuenticulas in eis fieri, maximè de quibus timetur de erroribus, & de

Roman.15

cap.ſi. de cuſtod. Euchar.

Bituntin. Synod. de ſacro. Eccleſ.

Cõc. Triden. ſeſſ.2.

c. decet, de immun. Eccl. in 6.

c. cum decorem, de uita, & honeſt. cleric. & 44. diſt. per totum.

Synodus Bituntina.

Mendicantes non mendicent in Eccleſiis, dum diuina peraguntur.

Quę in atriis, & Eccleſiis fieri prohibētur.

c.2. de cuſto. Euchar.

Card. Borr. in Conc. prouin. Mediol.

de conſpirationibus, & uideantur eſſe contraria religioni, prohibeantur. Ad hæc etiam ſtatuendum eſt, ne lecti ſternantur in Eccleſia, dormitionesq; omnes prohibeantur, & uigiliæ, quas multi ſolebant facere, non concedantur amplius. Quamobrem remouendus eſt ille abuſus in quibuſdam Eccleſiis, in quibus propter Sanctorum feſta, uigiliæ, nocte tota, hominum, & mulierum permittebantur, & ad hoc debet poni pœna excommunicationis. Imo etiam, ſi miniſtri curiæ ſecularis Eccleſias ipſas, aut etiam cœmiteria, & domus Eccleſiarum contiguas, ad aliquos ui capiendos, inſcio Vicario Epiſcopali aggreſſi fuerint, excommunicati ſtatim intelligantur, ut qui ſoluerint, & uiolauerint ius aſyli, ſecundum Bituntinam Synodum. Incaſtellari domum Eccleſiamuè Epiſcopus nullatenus ſinat, ut inde fiat propugnaculum. quod & Calyſtus Papa prohibuit. & ſi propter neceſſitatem inuenitur permiſſum, ita debet reſtringi neceſſitas, ut cultus diuinus non ſit impeditus, nec tranſitus per Eccleſiam occupatus, hocq; omnino ſit longe ab altaribus, ubi Sancta ſanctorum continentur. Bene uerum eſt, quod dicit Abbas, quòd Eccleſia poteſt tempore neceſſitatis ad defenſam rerum, & perſonarum incaſtellari, vel fortificari contra hoſtes, ut tamen, dicit ille, defendantur Chriſtiani, & boni uiri a malis, credit poſſe incaſtellari, & hoc uidetur ſeruari a pauperibus, & ab iis, qui tempore belli fugiũt ad Eccleſiam cum ſuis bonis; ſicut de anno 1556. nos Gathenſes, ideſt, de caſtro Gathei confugimus, quando D. Antonius Carrapha intulit bellum contra Do. Comitem Io. Franciſcum de Balneo, uirum omnium ſtrenuiſſimum, ac generoſiſſimum. Hac habita de Cathedrali Eccleſia inquiſitione, & diligentia adhibita, de iis, quæ in ea ſunt pro munere ſuæ uiſitationis Epiſcopus poterit ad progreſſum eiuſdem, ad collegiatas, parrochialesq; Eccleſias, ac non curatas etiam ſe conuertere, & illas eadem cognoſcere, & uiſitare.

*Marginal notes:* c. non oportet in baſilicis, diſtinct. 82. — Bitunt. Syn. — c. ſanctorum, 10. q. 1 Eccleſia, an debeat incaſtellari. — Abb. in c. cum eccleſia, de im mu. eccl. nu. 3 — Comes Io. Fr. de Balneo fuit uir acerrimus ac nobiliſs. — Peroratio præ dictorum.

DE



# DE VISITATIONE ECCLESIAE COLLEGIATAE, ET DE ORDINANDIS IN EA.

## Tractatus Secundus.

### ANNOTATIO SINGVLORVM CAPITVM Secundi Tractatus.

1 *Viſitatio Eccleſiæ collegiatæ, in quibus conſiſtat.*
2 *Statuta Eccleſiæ collegiatæ ſunt ab Epiſcopo cognoſcenda, & approbanda.*
3 *Clerici quot eſſe debeant in collegiata Eccleſia.*
4 *Electio, & confirmatio electorum ad beneficia in Eccleſia collegiata, ad quem ſpectet.*
5 *Prælatus Eccleſiæ collegiatæ debet eſſe Sacerdos, aut per Vicarium in illa deſeruire.*
6 *Si Viſitator viſitauerit Eccleſiam collegiatam, aut capitula, aut ſimplicia beneficia, in quibus nulla ineſt cura, quomodo ſe gerere debeat in eis.*

Viſi-

## *Viſitatio Eccleſiæ collegiatæ in quibus conſiſtat.* Cap. I.

De Eccleſiis collegiatis.

DE maiori, aut principaliori ciuitatis, ſeu diœceſis Eccleſia dictũ eſt: iam nunc ad collegiatas, Parrochialesq́ue, ac nõ curatas digrediamur Eccleſias, a principio inquirentes, quid ſit Eccleſia collegiata, quo modo cognoſcatur ea eſſe collegiata, & ex quib. fiat collegiata, & quid ſi reperitur hodie collegio deſtituta; ac demum in quibus uiſitatio Eccleſiæ collegiatę conſiſtat. Et quidem Eccleſia collegiata, ſecundum Gloſſam, ad quam pro hoc omnes Doctores recurſum habent; ea eſt, qua certo numero clericorum, ſeu Canonicorum ordinata eſt, dummodo ad minus tres ſint, quæ actu ordinata hodie ſit, *exiſtat cum canonicis, & ex parrochianis actu ſepta præ priuilegijs ſit, & fundatioue; Si autem habitu tantum collegiata ſic ſit, ut quia hodie caret collegio canonicorum, uel morte, uel priuatione, uel extinctione ipſorum, nihilominus tamen ea Eccleſia non deſinit eſſe collegiata; quia poteſt contingere, ſuccedere perſonas ipſas ad collegium, ſeu ad ſeruitium. Vnde ex hoc, idem iudicium faciendum eſt de una, quod de alia; quia dicimus habitum quotidiè poſſe reduci ad actum. Ex pluribus inſuper cognoſcitur Eccleſia eſſe collegiata, ſecundum Ioann. Andream in cap. nobis, de Iurepatronat. nempe primò ex communi ſigillo, tractatu in publico, communi arca, communiq; Refectorio, & Dormitorio; aut ſi pro tribus fuit dotata. Nec ſufficit plures eſſe, niſi unum corpus faciant. Sed reuera ſecundum Sarnen. ex tribus Eccleſia fit collegiata, primò ex fundatione, quæ eſt efficacior cauſa, quia ſic fuit fundata, ut ibi ſint tres, uel quatuor, qui faciant collegium, collegiallterque uiuant. Secus, ſi fuerit fundata pro uno ſacerdote, & clerico tantùm, qui ſit miniſter. Secundò erit collegiata ex diuturna poſſeſſione gerente ſe pro Eccleſia Collegiata in omnibus actibus ſe Eccleſiam collegiatam facere. Tunc quouſq; contrarium non probetur, durabit in poſſeſſione; & durabit Eccleſia collegiata, prout decretum eſt a ſummo Pontifice. Tertiò per uim priuilegij ſcitur, ſi Eccleſia eſt collegiata; & ſic concludendum eſt, ut diximus, quòd Eccleſia actualiter olim collegiata, & per mortem perſonarum collegio deſtituta, remanet nihilominus collegiata; & ſtatuta de ipſa Eccleſia collegiata, pro ipſa locum habent; ut mens uidetur eſſe Pontificis. Sed quoniam uidetur durum habere hanc conſiderationem in una Eccleſia habitu tantum collegiata, ac ſi actu eſſet collegiata, & maximè ubi eſt timor nunquàm recuperandi collegium. Ideò aliud eſt in practica dandum iudicium circa eius conſeruationem, & exiſtentiam; unde ſufficit id fieri iudicium, quod commodius in hoc dari poteſt. Nam in hiuſmodi Eccleſiis nõ eędem, ac in aliis faciendę ſunt ordinationes; ſed conſeruanda quę ſunt in eſſe, ut quando illud idem contigerit, fieri poſſit ad ſuum ſtatũ reduci. Sed iam nunc ad ultimam propoſitionem deſcendamus, dicentes, quòd & ad Epiſcopos ſpectat, Eccleſias collegiatas uiſitare; prout tribuit eis facultatem Concilium Tridentinum, non obſtantibus quibuſcunque, prout & dictum eſt in ſuperiori libro. In his ergo uidebit Viſitator, q̃s ſit ordo, an fortè omnes exerceant curam in ſolidum, uel unuſquiſque certis diuiſis diebus: quæ diuiſio ſecundum aliquos non improbatur. Videat item, quòd electi, ſiue eligendi ſint uiri prouecti in ſcientia, & moribus, & ad curam idonei, prout præcipiunt ſanctiones ſanctæ. Item pro iſtis uideat Epiſcopus, quę infra de parrochi officio, & de ſacramentis, & eorum retentione, & adminiſtratione, & de libris baptizãdorum, matrimoniorum, & mortuorum, & alijs neceſſarijs diximus. Pariformiter ſi in eis Eccleſiis eſt cura de dicendo officio in choro, non negligatur: cognoſcat etiam de reſidentia collegiatorum, & de plebe paſcenda ſalutaribus uerbis. Item eis prouideat de lectore ſacrę Theologiæ, uel ſaltem de præceptore pro pueris, iuxta decreta Concil. Tridentini. Prohibeat dèmum in eis prohibita fieri, & teneri; de quibus paulò ſuperius diſſeruimus in hoc eodem tractatu. Inuigilet in hoc etiam Viſitator, ut qui ad fidei profeſſionem tenentur, de quibus ſupra, aſtringat ad eandem eos.

Eccleſia collegiata quid ſit.

Eccleſia, quomodo cognoſcatur eſſe collegiata.

Eccleſia, ex quib. fiat collegiata.

Gl. in c. ut q̃ſque. de uita, & hon. cler.

c. cum ueniſſent. de inſt.

Eccleſia collegio deſtituta, eſt nihilominus collegiata.

in c. ſtatutũ, de elec. in 6.

Viſitatio Eccleſiæ collegiatæ, in quibus conſiſtat.

Seſſ. 7. c. 7

lib. 1. cap. 34. tract. 4

Clem. 1. de ęt. & qual.

Eod. li. 2. trac. 4. per tot.

Sup. lib. 1. in pxoœ.

Seſſ. 5. c. 1

Eod. lib. tr. 2.

## *Statuta Eccleſiæ collegiatæ ſub Epiſcopo cognoſcenda, & approbanda. Cap. II.*

ET quoniam ſæpenumero Rectores, & Canonici Eccleſiarum collegiatarum ſolent, & quærunt ſtatuere ſtatuta in præiudicium Epiſcopi; ideò ea ipſe Epiſcopus multa diligentia examinabit, ne quid illiciti, inhoneſtive, aut contra decorem Eccleſiæ contineant; & ſummatim cognoſcat benè, ſi habent omnia requiſita, de quibus diximus ſupra, dum de Capituli decretis inquiſiuimus; ad quæ pro cognitione præſentium, pro nunc me remitto; ubi intelliget, & determinabit Epiſcopus, quæ ſint neceſſaria, & quæ ſuperflua, uel exorbitantia, atque etiam ſi ſint iuſta, concernentia tantùm modum uiuendi, & celebrandi in Eccleſia, & non peruertentia aliquid, quod conſenſum Epiſcopi requirat. Poterit hic tamen uidere aliquid in archiuio, & inuẽtario, an contineat omnia bona Eccleſię; ſi adſit conſtitutio de diſtributionibus quotidianis, & denique omnia, quæ ſupra diximus, de proceſſionibus, ſepulturis, aliiſq; omnibus. In hac ſimiliter Eccleſia examinentur, ſi quę etiã ſint conſecranda, recõcilianda, aut benedicenda, corrigenda, conſolidanda, & huiuſmodi conſecret, reconciliet, benedicat, corrigat, & confirmet. Ordinationes, fideiq; profeſſiones, ſedemq; pro Epiſcopo in eadem collocari faciat; ſtante itidem iam dictę Eccleſię neceſſitate communi. De communi quoque contributione eidem prouideri faciat. Necnon ſtatutum etiam conueniendi certis diebus ad cathedralem Eccleſiam proceſſionaliter, ſeruari (dummodò non diminuatur, aut relinquatur cultus diuinus in dictis collegiatis) uiridi obſeruantia faciat.

eod. li. & trac. c. 39. & 40.

Viſitator inuentarium rerum Eccleſiæ collegiatę uidere poteſt.

Eccleſię collegiatæ prouidetur de communi a canonicis.

## *Clerici quot eſſe debent in collegiata Eccleſia. Cap. III.*

SEd roget aliquis, quot autem inſtitui, aut eſſe debent clerici in Eccleſia collegiata? Tot autem ait gl. in eadem ordinati eſſe debent, quot commodè ex fructibus miniſtri ſuſtentari poſſint; quod & Abbas itidem approbauit.

in c. cũ M. de conſt. in uerbo, induſtria.

in c. 1. de inſt. num. 1



bauit. Vnde non debet, ſi facultates non ſubſiſtant, ſuperior permittere inuitis ipſis de Collegio aliquem intrare, ſecũdum eundem Abbatem, quia non eſt bonum ſumere panem electorum, &c. cumq; minus ſufficiat, quòd in plures eſſet diſtribuẽdum, proinde ad hoc multum eſt hodie attendendum, ne propter reddituum penuriam, & deficiat cultus diuinus, & clerici ex tot inſufficientibus prouentuum partibus mendicare cogantur, omninò contra diſpoſitionem Concilij Tridentini. Debet ergo adeſſe tot facultates in tali Eccleſia, ut (ad minus) tres poſſint ſuſtentari; quia cum paucioribus non debet inſtitui collegiata, ſecundum Doctores; licèt per duos poſſet conſeruari, & in una retineatur ius collegij, ſecundum glo. quæ dicit, quòd duo faciunt congregationem, ſed tres ſunt neceſſarij ad Collegium.

Seſſ. 21. c. 2

Tres, ad minus, canonici eſſe debent in Eccleſia collegiata.

In c. nobis. de iurepatr. & in c. 1. de elect.

## *Electio, & confirmatio electorum ad beneficia in Eccleſia collegiata, ad quem ſpectat. Cap. IIII.*

ADmiſſio autem, ſiue electio, necnon & confirmatio etiam beneficiatorum electorum ad beneficia in Eccleſia collegiata, ac in capellis eius, ſecundum quod uidetur dicere Gl. atque Innocentius Papa, ad ipſum collegiatæ Eccleſiæ prẹlatum, ac Rectorem ſpectat: prout etiam ad eũ ſpectare uidetur iuriſdictio in alios de collegio, quia dicitur Prælatus Eccleſiæ, & punit contrauenientes, & delinquentes in ipſo collegio. Facit ordines circa diuina celebranda, in ipſa Eccleſia, & iuriſdictionem in parrochianos ſibi ſubiectos, ſecundũ Abbatem; non tamen ſupradicta generaliter uera ſunt. De criminibus ſiquidem ipſorum clericorum collegiatorũ nõ cognoſcit; nam ſolus Epiſcopus hanc habet iuriſdictionem. Prælatum uerò prædictę Eccleſię collegiatæ Capitulum, id eſt collegium ſibi eligit, ſi penes ipſum fuit ſolitum hoc obſeruari; uel quando habet ius præſentandi, & habet cum quorum conſenſu: Aliàs, ſi conſuetudine ſolitum eſt Epiſcopos expedire, & inſtituere, non ad collegium, aut ad Prælatum ſpectabit eli-

c. cum Eccleſia Volater. in uerbo, poſtulauit, de elect. in c. poſtul. de conceſſ. præb.

Cle. j. de elec.

Abb. c. cũ contingat, de fo. comp. nu. 22. 28. & 29

Abb. in c. nobis, de iurepa. num. 8

c. dilectæ, de arb.

c. dilectæ, de arbit.

eligere Rectorem, aut eligere beneficiatos ad beneficia Eccleſiæ collegiatæ; nam dat,& tollit conſuetudinem. Et hoc quidē dicendum eſt de examinatione; nempe,quòd Epiſcopus non ponit edictum de ea facienda; quamuis reſpectu curæ animarum proponendum examinare habeat. Sed omnia ſupradicta uidentur eſſe redacta ad iudicium Epiſcopi,ut prędictus Abb. aſſerere uidetur,& Concilium Tridentinum.

Ibidem.
Seſſ.24.c.18

## Prælatus Eccleſiæ collegiatæ debet eſſe ſacerdos, aut per Vicarium in illa deſeruire.

### Cap. V.

Videat etiam Epiſcopus rectorem prędictę Eccleſię collegiatę facere ſe promouere ad ſacerdotium, nō obſtantibus,& quòd cura Eccleſię collegiatę non ſit penès illum,ſed apud illos de collegio,& parrochialis cura ſit acceſſoria ad collegiatam; ac conſtitutione Gregorij, quæ incip. licèt canon; uel faciat ſaltem illam deſeruiri per ſubſtitutum Vicarium. Illumq; in eadem Eccleſia reſidere faciat Epiſc. & cogat,prout etiam eum cogit Trident.Concilium. An autem Epiſcopus poſſit facere Eccleſias de parrochialibus collegiatas, hoc eſt, parrochiales facere acceſſorias ad collegiatam, & non collegiatam Eccleſiam facere collegiatam, non eſt dubitandum,per illa,quæ ſupra in 1. lib. diximus,& multas alias Pōtificum conſtitutiones. Vnde multi comperti ſunt,qui habentes parrochiales,procurauerunt eas facere collegiatas,ut euaderent pœnam dictę conſtitutionis Gregorij,quæ (ut dixi) incipit: licèt canon. Sed licèt parrochialis facta ſit collegiata, tamen tenetur adhuc,etiamſi nunc collegiata ſit,ad perſoluenda iura Epiſcopalia,charitatiuum ſubſidium, procurationes, & ſimilia. Supradicta tamen intellige ſemper fieri poſſe per Epiſcopum, pręuocatis illis, qui ad hanc annexitatem faciendam uocandi ſunt, & quorum, ut uocatur, intereſt. Patroni uerò capella,eo inuito, effici collegiata non poteſt, ut uidentur innuere textus Innoc.& Clem.& Abb. ibid.

c.licet.de ele. in 6.
Seſſ.24.c.2.
lib.1. tract.4. per totum. not.in c.ſtatutum.de elect. in 6.
c. inter quatuor.de maio. & obed.
c.omnes baſilicæ.11.q.3.
c.conquerenſe,de off. ord. Eccleſia collegiata, ad quæ tenetur Epiſcopo.
c. poſtulaſſe. de iurepatro.
c.nobis.eod.

Si



## Si Viſitator uiſitauerit eccleſiam collegiatam, aut Capitula, aut ſimplicia beneficia, in quibus nulla ineſt cura, quomodo ſe gerere debet in eis.

### Cap. VI.

Si uerò uiſitantur Eccleſię collegiatæ,ſeu collegia ſimplicia,capitula,ſimpliciaq; beneficia, in quibus nulla adeſt animarum cura, pręmiſſis, quę ſupra diximus,obſeruatis,benedicit,& abſoluit. Deinde tractat,quę ad capitularem locum pertinent; quęrens,ſi Eccleſiæ patiuntur defectum,uel Collegia, & ſi in eis debita obſequia exerceantur,iuxta decreti Concilij Tridentini,reuocans,ſi quę adſunt detrimenta, ea omnino ad congruam diſciplinam eccleſiaſticæ uitę reducens, ſuadens etiam capitulis, collegiisq; fructuoſam uitam,defenſionem diuini obſequij, & pauperum: etiam commendans. Illicita præterea in eis non reperiantur, & ſi reperiantur, abiiciantur. Corrigendo, & reformando ſemper in ſpiritualibus,& temporalibus. Et ſi quę mala inſurgere cœperint,eradicentur,aliàs ex uno ad alia faciliter deuenitur inconuenientia,nam & abyſſus abyſſum inuocat.

Eod. lib.c.9
Seſſ.21.c.8
Seſſ.25.c.12.
l. ex diuerſo. §. 1. ff. de rei uend.

P 2 DE

# DE VISITATIONE ECCLESIARVM PARROCHIALIVM, AC DE ORDINANDIS IN EIS.

## Tractatus Tertius.

### ANNOTATIO SINGVLORVM CAPITVM Tertij Tractatus.


1 *Quis ordo ſeruari debet pro viſitatione Parrochialis Eccleſiæ.*
2 *Episcopus in viſitatione Parrochialis Eccleſiæ, de quibus inquirere debet.*
3 *Episcopus debet procurare reparari Eccleſiam Parrochialem.*
4 *Episcopus, quas Eccleſias vnitas examinare poteſt.*
5 *Parrochiæ, vbi opus fuerit, ideſt, ubi eſt populus numeroſus, de nouo conſtituantur.*
6 *Quænam alia circa parrochialem Eccleſiam aduertere, & prouidere Episcopum oporteat.*


### *Quis ordo ſeruari debet pro uiſitatione parrochialis Eccleſiæ. Cap. I.*

Ordo uiſitandi parrochiale beneficiũ.

ORdo autem uiſitationis Eccleſiarum parrochialium, & curatarum, ille quidem ſeruandus eſſe uidetur, qui ſupra præſcriptus eſt, de cathedrali Eccleſia; nempè, ut primo fiant fidelium defunctorum abſolutiones, iuxta ritum libri Pontificalis; quia ſancta, & ſalubris cogitatio eſt orare pro ipſis, ut a peccatis abſoluantur, (2. Mach. 1.) inquiraturq́; de Eccleſia, de miniſtris, & de neceſſarijs in eis. Abſoluat item a caſibus Epiſcopus a iure reſeruatis; Conferatq́; etiam, ſi eſt v.g. in aliquo oppido, caſtro, uico, uilla, uel ſuburbio confirmationis ſacramentum, ſecundum normam ſupra-



prædictam in libro eodem, aliaq́; huiuſmodi neceſſaria, & ut ibi adimpleat. (lib. eo. c. 8.)

### *Epiſcopus in viſitatione Parrochialis Eccleſiæ de quibus inquirere debet. Cap. II.*

POterit igitur Viſitator breuiter inquirere circa parrochialem Eccleſiam in primis de ornamentis, de ueſtibus ſacris, vaſis, calicibus, patenis, corporalibus, crucibus, fontibus baptiſmalibus, cuſtodia ſacramenti Euchariſtiæ, & retentione aliorum ſacramentorum, in quo loco, in quibus uaſculis. De quibus ſupradictis omnibus infra dicetur, de parrocho, & officio eius per totum in Tractatu quarto. Inquirat (inquam) de uaſculis ſacramentorum, de clauibus, & ſummatim de omnibus. Chorus ſit diuiſus, tumbæ mortuorum non ſint ſuper terram, unaquæque habeat ſuum cœmiterium. Locus Sacriſtiæ reuideatur. Libri neceſſarij non deſint, miſſales, baptiſteria, graduales, ſynodales. Feneſtræ uiciniarum non ſint aſpicientes intra Eccleſiam. Recognoſcantur bona, & redditus Eccleſiæ parrochialis, & prouentus & a quibus; & in inuentario omnia conſcribantur. Inſtrumenta reuideantur, priuilegiaq́; ſi adſunt, quæ omnia regiſtrentur a Notario, quem Epiſcopus ſecum in uiſitatione habere debet; a quo ſcribi debent omnia, quæ in viſitatione acta ſunt per Viſitatorem. Adſint etiam in eis ſedes pro audiendis confeſſionibus, hoc eſt lignea confeſſionalia, in quibus deuotius ſacramentum pœnitentię frequentetur, lampas continuè ardens ante altare Sacramenti. Diuina ſuis temporibus, & horis celebrentur. Miſſæ nõ ante auroram, ut iam dixi in libello meo, quam feci in ſacrificium ſacroſanctæ Miſſæ, aut poſt nonam non dicantur: libertates manu teneantur; prophana in eis non committantur. De domibus Eccleſiarum diſponat Epiſcopus, ut ſupra diximus, ſicut & de aliis, quæ ex ipſa oculorum inſpectione multo magis neceſſaria ipſe arbitrabitur.

Card. Borr. in 2. par. act. Me.

In tract. 4. per totum, de ſingulis hic poſitis dicitur.

Sup. trac. 1. per totũ. vide de iſtis hic poſitis.

Theſaurus Sacerdotalis.

Auctor alibi.

Tract. 1.

Epiſco-

### *Epiſcopus debet procurare reparari Eccleſiam parrochialem.* *Cap. III.*

ET propterea ipſa parrochialis Eccleſia eſt diligenter aſpicienda, an ſit firma, & non ruinoſa in pauimentis, tectis, & feneſtris; ne ex aliqua ſui parte ruinam patiatur. Et ſi reparatio eſt neceſſaria, prouideat omni meliori modo. Quod quidem & in omnibus etiam beneficijs Eccleſiaſticis curatis, & non curatis attendendū eſt, etiā per ſequeſtrationem fructuū, & alijs iuris remedijs, iuxta decreta Conc. Trident. ut quę renouatione, aut reſtauratione indigent, reficiantur. Vnde hæc eſt una cauſa uiſitationis introducta, ut per ſingulos annos exquirat Epiſcopus, quomodo unaquæq; baſilica in reparatione ſui indigeat reſtauratione. Reſtaurari autem, aut reparari debent prædictæ Eccleſiæ ex fructibus, & prouentibus, ſecundum prędictum Concilium, ad eaſdem Eccleſias quomodocunque pertinentibus; ſi autem ex dictis fructibus refici non poſſunt, conueniendi ſunt patroni, ſi adſunt, aut alij, ac etiam parrochiani, ut ad reparationem Eccleſiæ parrochialis contribuant. Nam parrochiani dicuntur exinde habere beneficium, quia ſacramenta ibi accipiunt. Et habens beneficium Eccleſiaſticum, tenetur contribuere ad ipſius reparationem, ſecundum Maguntien. Concilium. Et de hac Eccleſiarum reparatione locuti etiam ſumus ſupra libro primo. Porrò & ſi in uiſitando inuenerit Epiſcopus aliquam parrochialem Eccleſiam, aut etiam baptiſmalem, ſeu curatam, quæ propter paupertatem, ſtante fructuum tenuitate, & exiguitate, egeat adiuuari aliquo remedio; quia non ſolum nequit debita onera ſoluere, ſed nec miniſtri earum poſſunt ſuſtentari, ideò tunc prouideat per vnionem aliquorum beneficiorum curatorum, uel non curatorum (quę tamen non ſint Regularia, prout diſponit Concilium Tridentinum) aut per aliam aliquam parrochialem, aut Baptiſmalem, aut curatam Eccleſiam, prout melius uidebitur expedire; non præiudicando, ut ſupra libro primo diximus, obtinentibus. Et hoc facit Epiſcopus tanquàm ſedis Apoſtolicæ delegatus.

Seſſ.21.c.8

c.decernimus & c. Epiſcop. cū ſeq.10.q.1

Seſſ.21.c.7

c.j.de eccl.ęd.

li.j.tra.4.c.32 & 33

Seſſ.21.c.5

Seſſ.24.c.13

lib.1.c.26.tra. 4.cum ſeq.

tus.



tus. Non tamen Eccleſia unius diæceſis, uniatur Eccleſiæ alterius dięceſis; ne Eccleſiaſticus ordo confundatur, aut una, atque eadem Eccleſia duarum quodammodo dięceſium fiat, non ſine graui eorum incommodo, qui illi ſubditi fuerint, prout ſtatuit ſanctum Concilium Tridentinum.

Beneficia unius dięceſis nō uniātur beneficiis alterius.

Seſſ.24.c.9

### *Epiſcopus quas Eccleſias unitas examinare poteſt.* *Cap. IIII.*

VT autem quæ ſupra libro primo diximus, huic ſecundo annectamus, & quę in pręſenti tractamus, illi primo copulemus, ut alter alterius materiam in multis continere dinoſcatur; Proinde hoc etiam in loco de unionibus irritandis hic aliqua obiter ſubodoremus. Dicentes, quòd Epiſcopus uiſitator examinare debet diligenter ipſas uniones factas ab annis quadraginta, & faciendas, cognoſcendo tanquàm ſedis Apoſtolicæ delegatus de ſubreptione earum, & obreptione; quas ſi inuenerit non legitimas, declaret irritas, beneficia ſeparans, ac ea alijs conferens; idq; profectò optimo iure ſtatutum eſt, cùm aliquando ferè per importunitatem concedatur a ſummis Pontificibus, ſed patienter ipſe Papa ſuſtinet, ſi quod ei praua fuerat ſuggeſtum inſinuatione, Epiſcopus non fecerit. Videat prætereà Epiſcopus, ſi huiuſmodi uniones factæ ſunt rationabilibus de cauſis; ut quia paupertas, de qua fatur Concilium, ſic ſuadebat, aut uicinitas Eccleſiarum poſtulabat, ne perturbentur ipſi ſeruientes, & confundantur; quia ex paucis introitibus mendicare cogantur; aut perturbatio, & mala qualitas noſtrorum temporum, ut neceſſe fuerit eas unitas eſſe, ut ordo Eccleſiaſticus reduceretur ad debitam diſciplinam Eccleſiaſticam propter deſolationem Clericorum, aut Monachorum; aut etiam propter defectum habitantium, aut quia factæ ſunt ad remouendam deformitatem etiam in Religioſis; ne ex uoluntate hominum antiqua religio remoueatur, uel remouendo nouiter inuentum, aut uniendo capiti principali ipſius Religionis; ſicuti Pius V. uniuit fratres tertij ordinis ſancti Franciſci Mini-

lib.1.tra.4.c.3

Conc. Tridēt. ſeſſ.2.c.6

c. quando, de reſcrip.

Seſſ.24.c.13.

10.q.3.c.vnio.

Vnionum Eccleſiæ iuſtæ cauſæ.

Pius V. de anno 1568.

Mini-

Paſtor beneficij citandus eſt in unione facienda. Seſſ. 21. c. 7

Miniſtro Generali ipſius de obſeruantia, ut patet in ſua conſtitutione, quæ incipit: ea eſt. Videat item Epiſcopus, ſi in vnionibus factis poſſeſſores beneficiorũ fuerint citati, ſecundum diſpoſitionem canonicam ſacroſancti Concilij Tridentini, quando dicit: Vocatis, quorum intereſt, ſique huiuſmodi vniones cum conſenſu Capituli, & cum tractatu, & cum conſenſu eiuſdem factæ ſunt, ſecundum eiuſdem Concilij, Clementisque, & aliorum Pontificum decreta: ſiq; in vnione petita fieri, ſit, & fuerit expreſſus ualor beneficij ſecundum Regulam Cancellariæ. 22. de vnionibus. Aduertat item Epiſcopus, vt non factæ ſint vniones Regularium beneficiorum ad ſecularia beneficia. Ea enim Regularibus profeſſis, & religioſis illius ordinis conferri debent, ſecundum prædictum ſanctũ Concilium. Vnde ſi prædictis ſolennitatibus inuentę fuerint vniones carere, Epiſcopus, qui poteſt unire, poterit etiam eaſdem deſmembrare, & illas irritas declarare, cum cauſa tamen, & uocatis ijs (ut cum eiſdem ſolennitatibus fiat diſmembratio, quibus fuit facta vnio, nam nihil tam naturale eſt, quàm eodem genere quicquam diſſoluere, quo colligatum eſt) quorum intereſt, iuxta idem Concilij præceptum: ſicut poteſt reuocare, & irritare etiam uniones factas ex falſa cauſa, licet ualida dicatur eſſe ſic facta unio, quia eſt ſeruata forma iuris, ſed uenit irritanda, ſeu reuocanda; approbata cauſa falſitatis, per quam fuit facta. Hoc tamen dicunt quidam eſſe uerum in facta ab ordinario; ſecus autem a Pontifice Maximo. Similiter vniones parrochialium Eccleſiarum monaſterijs, aut abbatijs, ſeu dignitatibus, ſiue prębendis Eccleſię cathedralis, uel collegiatæ, ſiuę alijs ſimplicibus, militijsve factas irritas declaret Epiſcopus tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, maximè ſi a quadraginta annis citra fuerint factæ, aut per ſubreptionem, uel obreptionem obtentæ. De unionibus uerò, quæ fieri petuntur menſę Epiſcopali, ſeu menſę capitulari, & huiuſmodi, & de unionibus, quas faciunt Reges in ſuo Regno, non loquor hoç in loco; quoniam hoc Synodus prouincialis examinare debet ſecundum idem Concilij ſtatutum, maximè de primis. Nouiſſimo loco agnoſcat Epiſcopus, & quilibet uiſitator

Epiſcopus nõ uniat Eccleſias ſine conſenſu capituli. Seſſ. 21. c. 7
Cle. 2. de reb. eccl. non alie.

Valor beneficij eſt exprimẽdus in unione petita fieri.

Beneficia regularia, non poſſunt uniri per Epiſcopũ. Seſſ. 24. c. 13
Seſſ. 14. c. 10
Vnire qui poteſt & diſmẽbrare poteſt. l. nihil. de reg. iur.
Seſs. 24. c. 13

Ibidem.

Seſſ. 7. c. 6

Synodi prouincialis auctoritas eccleſię cathedralis uniendi.

tor



tor, nullam unionem factam de una Eccleſia ad aliam poſſe impedire uiſitationem, reſpectu ipſius; quippe, quæ unita ſit Eccleſię, quę magis ſit priuilegiata: quandoquidem nec hoc vult ullatenus obſtare prædictum Concilium, cùm dixit: Beneficia Eccleſiaſtica curata, quæ cathedralibus, collegiatis, ſeu aliis Eccleſiis, uel monaſteriis, beneficiis, aut piis locis quibuſcunque perpetuò unita, & annexa reperiuntur, ab ordinariis locorum annis ſingulis uiſitentur. Quod etiam ad correctionem, & obedientiam, ſecundum gloſam, quę dicit (quòd licèt Epiſcopi poſſint aliqua Epiſcopalia iura remittere, non tamen a ſe poſſunt correctionem, & uiſitationem abdicare) eſt ampliandum. Hæc autem & ſupra libro primo, in tractatu quarto pręmiſimus. Sed cùm de unionibus ferè omnibus ſatis ſupra diſſeruerimus, ideò ibi ad plenum eſt uidendum. Similiter illud præcurrendum eſt, non ſolum pro ſcientia uniendarum Parrochialium Eccleſiarum, ſed etiam omnium aliarum eccleſiarum in genere, imò & præbendarum etiam, necnon & irritãdarum unionum etiam. Habes etiam ibidem, quòd Parrochię debent eſſe diſtinctæ, & certos debent habere fines, & unuſquiſque Rector uultum pecoris ſui cognoſcat, & non promiſcuè, & confusè petentibus ſacramenta adminiſtrentur, quod multum eſt inconueniens. Et ideò Epiſcopus viſitator pro tutiori animarum ſalute, ubi non ſunt huiuſmodi parrochiæ diſtinctæ, eaſmet ipſe diſtinguat, & ipſum populum, & unicuique parti diſtinctè ſuum perpetuum, & peculiarem paſtorem parrochum curatum aſſignet, qui eas cognoſcere poſſit, & a quo ſolo Sacramenta (iuxta mentem dicti Sacroſancti Concilij) capiat populus, ut ſic ordo Eccleſiaſticus non confundatur, aut etiam una, atque eadem Eccleſia duarum quodammodo diœceſium fiat, non ſine incommodo eorum, qui illi ſubditi fuerint.

Viſitatio non impeditur reſpectu unionis factę Eccleſiæ, quia eſt magis priuilegiata. Seſſ. 7. c. 7
Ordinarij auctoritas in viſitã. omnibus eccleſiis.
Glo. in clem. quia cõtingit de relig. dom. in uer. Sedis.
Sup. li. 1. tra. 4. c. 34
li. 1. tra. 4. c. 22 cum ſequ. per tot.

Parrochiæ, cur diſtinctæ eſſe debent.

Seſſ. 24. c. 13

Seſſ. 14. c. 19

Q Par-

## Parrochiæ, ubi opus fuerit, ideſt ubi eſt populus numeroſus, denouo conſtituantur. Cap. V.

Sup.lib.1.tra. 4.c.29.& 30.

Dictum eſt etiam alibi, quòd ſi in aliquo oppido populus ſit ita numeroſus, ut pernecesſarium ſit nouas parrochias erigere, ut quia ad illam matricem Eccleſiam non ſine magno incommodo omnes conuenire poſſint, & ſacramenta ad ægrotos cum difficultate deferantur, quòd Epiſcopus viſitator procurare debet tunc ut noua erigatur parrochia, cui certa portio de antiqua, ideſt de matrice Eccleſia deputari faciat, omni ſublato appellationis obſtaculo, & non obſtantibus, quæ leguntur in Concilio Guarmacinenſi. Item & dictum eſt; quòd ſi matrix Eccleſia habet fructus adeò tenues, ut non ſufficiant ſacerdotibus ſeruitutis illi, & pro noua parrochia erigenda, quòd ordinarius tunc moneat populum & omnes, ut pro nouo parrocho ſuſtentando aliquid contribuant; quod ſi parum illi facere curabunt, eos compellat Epiſcopus ea ſubminiſtrare, quæ ſuficiant ad uitam dictorum ſacerdotum ſuſtentandam. Quare ſi ex eadem ratione, ideſt ſi propter populum numeroſum non poteſt parrochus ſufficere, tot inſtituat ſacerdotes, quot ſufficiant ad adminiſtrationem ſacramentorum, & ad alia peragenda ad cultum diuinum neceſſaria. Porrò diximus etiam, quòd ubi nullæ comperiuntur in ciuitatibus, & alijs locis parrochię, quòd in eis nouæ, ubi tamen opus fuerit, conſtituantur quamprimum per Epiſcopum, & ordinariũ. Propoſuimus itidem, quòd quibuſnam parrochiales Eccleſiæ, imò & dignitates etiam conferri debeant perſonis nempe idoneis. Quòdq; beneficia curata in ſimplicia nullatenus conuertantur, & quòd habenti parrochiam danda ei non eſt altera, & unum uni eſt conferendum beneficium, ſecundum Concilium Tridentinum. Et quòd in eiſdem, & apud eaſdem Eccleſias, & parrochiales, & dignitates, & Prelati omnes, & inferiores reſidere perſonaliter debent, de pœnisq; etiam dicentes non reſidentium, & prælatorum, & inferiorum omnium.

c. ad audientiam, de ædif. eccl. 16. q.1.c.quicunque.

Conc.Tridét. ſeſſ.21.c.4.

Sacerdotes tot ſunt ordinandi, in parrochiali, quot ſufficiant. li.1.c.30.tra.4

li.j.tra.4.c.17 & 22.

Seſſ.7.c.3.

Seſſ.24.c.17

c.49.cum ſeq.

Qua-



## Quænam alia circa parrochialem Eccleſiam aduertere, & prouidere Epiſcopum oporteat. Cap. VI.

Curet inſuper quilibet Reuerendiſſimus Epiſcopus, & Viſitator, ut unaquęq; Eccleſia parrochialis detineat ſacramenta, a qua Eccleſia oues eidem commiſſæ ſpirituale pabulum ſuſcipiant. Nam ex hoc cognoſcimus, & iudicamus Eccleſiam parrochialem actu propter parrochiam ad eius curam deputatam. In hoc enim ius parrochiale conſiſtit, quòd parrochiani ſic deputati in diebus feſtiuis ad ſuas parrochias conueniant, ſacramenta recipiant, decimas, etiam perſonales perſoluant, oblationes faciant, benedictiones ſalutares & deuotè, & reuerenter ſuſcipiant, ut ſic etiam de ſepulturis, benedictionibusq; nubentiũ dicendũ eſt, cæterisq; de iure debitis; ut quarta ei debeatur de omnibus candelis, anniuerſarijs, & ſimilibus ratione ſepulturæ ibi electæ; ut hoc bene ſeruatur hic Romæ. Vnde ad hoc etiã Viſitator poterit prouidere ſub precepto, ut quiſq; ubi ſepulturæ locum elegerit, ſepeliatur, cùm libera ſit ſepulturæ electio. Faciat præterea Epiſcopus parrochialem Eccleſiam gaudere priuilegio, quod intra ſuos fines nulla alia Eccleſia, uel Capella curata cum populo erigatur, aut ædificetur in ſui preiudicium, ne Parrochialis propter nouam erectam Eccleſiam ſuam iuſtitiam, aut decimam, aut oblationes perdat; quamuis oblationes, ſi quæ fierent alicui capellę, quę ſita eſſet intra fines Parrochialis Eccleſię: imo etiam quòd fierent imagini in aliquo muro priuatæ domus depictæ, idem dicendum eſſet, prout etiam ſupra diximus de mente Abbatis. In hoc denique Epiſcopus incumbat, ut uideat, ubi Eccleſia parrochialis, & Curata conſtituta ſit, ſi extra ciuitatem in ſuburbijs, uillisq; non muratis, perſcrutans bene, ſi iuxta habitationem ſit ſita, uel iuxta continentia adificia ad hoc ut ſacroſancta, & alia quę ibi detinentur, non patiantur timorem, & incurſum latronum. Et Parrochus reſidens tutus ſit in ſuo munere adimplendo. At ſi ſecus adinuenerit, Epiſcopus procuret ad locum conuenien-

Ius parrochiale, in quibus conſiſtat.

c.cum liberũ, de ſepult.

c.Eccleſiæ.c.ſi quis. c.quicũque. 16.q.1.

Sup.c.22.tracta.1. Parrochialis Eccleſia non debet eſſe in locis remotis.

uenientem eam reducere, ut commodius exerceantur ſaltem ſacramenta, adducens ad aliam ſecuriorem Eccleſiam, ſaluis iuribus Eccleſiæ parrochialis. Nec hoc certè nouiſſimo loco omittendum ullatenus eſſe cenſeant Viſitatores, quin nō prouideant, ubi cura animarū diminuta, uel fortius in totum contra fundationem, inſtitutionemq; (ſicuti multi Rectores abutebantur, conſtituentes capellanos, diuidenteſq; curam, & redditus) & reſtituat Eccleſiam ſuo ſtatui; aut per mortem, aut ceſſionem dictorum Rectoris, uel capellani, & omnia uniantur, in totumq; capellaniæ auferantur, & principali Rectori remaneat integra animarum cura, & parrochialis Eccleſia, ſecundum quod diſponit ſacroſanctum Concilium Trident. videlicet, ne curatum beneficium in ſimplex conuertatur, quod etiam ſupra fuit dictum. Quòd autem de parrochialibus diximus, idem ad plebanias extendendum eſſe nemo dubitet; quandoquidē de ſimilibus ad ſimilia idem ferendum uidetur eſſe iudicium; & propterea in ipſa viſitatione, plebania ut parrochialis, & Plebanus, ut parrochus, quo ad regimen Eccleſię, & curam animarum, uiſitandi ſunt, eundem perſcrutantes ſtatum, conditiones, & mores, ac modum regendi; & maximè circa inſtructionem plebis, in his, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, attenta incapacitate ipſius plebis; ut ſic exequatur, atque adimpleat Concilii Tridentini decreta. Præcipuè autem plebani ad hoc aduertant, ac curent, ſecundum Cardinalem Borromeum, ut qui in paſcendis beſtijs addicti ſunt, quod & parrochi etiam facere tenentur, ſaltem diebus feſtiuis in Eccleſijs ad Miſſas audiendas conueniant. Sunt autem propter hoc plebanię factæ, & dictæ, quia cùm non poſſent ciuitates multitudinem hominum comprehendere, neceſſe fuit exinde in ſuburbijs, uillis, & extra muros habitare, ibiq; Eccleſias ædificare, ad quas populi Chriſtiani ad diuina audienda, & ſacramenta accipienda concurrerent, & accederent. Ex quo facto deductum eſt, ut principalis earum Eccleſiarum plebania diceretur, quaſi ſub ſe plebes habeat, & capellas, in quibus, inquit textus, clerici inſtituuntur perpetui; Includiturq; plebania ſub nomine parrochialis, quando eſt ſic curata, uel quan-

Seſſ.22.c.16

De plebaniis. c.ſtatutum, de elec.in 6

Seſſ.5.c.2

Card.Borr.in 1.par.act.ecc. Mediol.

c.1.ne cle.uel mon.in 6



quando habet ſub ſe capellas perpetuas dicitur dignitas. Et ſi quis aſſumatur ad eam per electionem, uenit talis appellatione Prælati; qui quando ſunt plures in ſua Eccleſia intitulati, habet ipſe plebanus iuriſdictionem, eiq; tenentur de pertinentibus ad Eccleſiam obedire ſecundum Geminian. non tamen habet iuriſdictionem in Parrochianos, reſpectu fori contentioſi, ſecundum Abb. ſed mortuo plebano, & plebania uacante, ſunt omnia obſeruanda de Vicario, examine, & aliis ſicut in parrochiali Eccleſia. De quibus omnibus habes ad plenum ſupra lib. primo cap. 6. cum ſequentibus, tract. 4.

c.j.de conſue. in 6.

c.cum contingat, de fo.cōp.

Sup. lib. 1

# DE PARROCHO, AC EIVS OFFICIO, ideſt, *De adminiſtratione Sacramentorum.*

# Tractatus Quartus.

## ANNOTATIO SINGVLORVM CAPITVM Quarti Tractatus.

1 *Parrochus, de quibus debeat examinari.*
2 *Viſitator compellat Parrochum ad emittendam fidei profeſſionem.*
3 *Parrochus, ſuper quibus alijs ab Epiſcopo examinari debeat.*
4 *Parrochus, quorum ſcientiam habere debeat.*
5 *Parrochus, cur tenetur ire ad Synodum diœceſanam.*
6 *Quos libros debeat habere Parrochus.*
7 *Officium Parrochi in baptiſmi collatione quid ſit.*

*Sacerdos*

8 *Sacerdos non debet baptizare, niſi ex aqua benedicta.*
9 *Fontes baptiſmales quales eſſe debeant.*
10 *Quid Epiſcopus circa librum baptizandorum quærere debeat.*
11 *Viſitator quænam quærere debeat a Parrocho pro matrimonij ſolemnitate.*
12 *Quid quærere debeat viſitator a Parrocho circa ſacramentum Euchariſtiæ, & Pœnitentiæ.*
13 *Quid aliud rogare debet Epiſcopus a Parrocho ſuper dicto Pœnitentiæ ſacramento.*
14 *Quid amplius ad ſacramentum Pœnitentiæ uiſitator parrocho ordinare debeat.*
15 *Viſitator a parrocho informari debet de ſuſpectis de hæreſi, & de alijs notorijs peccatoribus.*
16 *Pœnitentiarius deputatus ad audiendas confeſſiones in viſitatione eſt examinandus a Viſitatore.*
17 *Epiſcopus viſitans ſacramentum Euchariſtiæ, quænam docere debeat fideles.*
18 *Euchariſtia qualiter cuſtodienda, retinendave ſit.*
19 *Euchariſtiam incautè remittens, qua pœna puniri debeat.*
20 *Lampas ardens ante ſacramentum Euchariſtiæ eſſe debet.*
21 *Euchariſtia ad infirmos portari debet.*
22 *Chriſma debet ſingulis annis confici.*
23 *Viſitator paratus ad viſitandum cætera olea ſancta, quid quærere, & aduertere debeat.*

## *Parrochus de quibus debet examinari. Cap. I.*

De parrocho, & eius officio.

PRæmiſſa prædicta per Viſitatorem de clero, ac Eccleſiis inquiſitione, ſtatim uoluat ſe Epiſcopus, ſeu Viſitator, ad parrochialem presbiterum, ſiue parrochum, de titulo ordinis eiuſdem uideat, ſi legitimè ſit ordinatus, non per ſaltum, in ętate requiſita a ſuo Epiſcopo, uel ſine literis dimiſſorijs contra ſanctorum ordinum diſpoſitionem. Nam ſunt ſuſpenſi omnes ſic promoti, & ſi in ſuſpenſione celebrauerint, irregularitatem incurrunt, poſſuntq;

Sup.lib.1.c.16 & 17



poſſuntq; beneficio priuari. Item quærat Epiſcopus de ipſo beneficio curato, quando fuit Parrochus inueſtitus, ſi ſit intruſus, ſi habens ipſum beneficium curatum non eſt promotus ad ſacros ordines infra annum, uel poſt, uel nondum, quia propter ſupradicta, beneficium talis intelligitur uacare, ſecundum diſpoſitionem Gregorij Decimi, nec Epiſcopus potuit diſpenſare in hoc, prorogando ipſum tempus, nec iuuat poſt annum iam promotum, quia collatio eſt nulla, ſic noua opus eſt, nec facit fructus ſuos, & in prædictis talis haberetur, ut intruſus in beneficio, nec eum iuuaret regula de triennali, uel ſi beneficium habuiſſet a ſuperiori interdicto, uel non habente poteſtatem conferendi illud. Quærendum eſt etiam de dicti Parrochi uita, & ſtatu ſuo, ſi eſt ſcandaloſus, uel incorrigibilis; nam collatio beneficij nō debet fieri infami, aliàs ipſo iure non tenet; ſed requiritur declaratio, per regulam, quę incipit: Infamibus. Item ſi non prębeat pabula ſalutis plebi commiſſæ, ſed potius deſtruat, quàm ędificet, procedat contra ipſum etiam per priuationem beneficij, ſi adhuc in ſua nequitia perſeueret. Quod & ſupra fuit a nobis dictum. Item quęrat Epiſcopus an ſępe offerat hoſtias pro delictis populi, an ſollicitus ſit, ne quis ſua ipſius culpa de Eccleſia Dei pereat, & an ipſe ſit ſine crimine, & irrepræhenſibilis, hoc eſt, ſine quęrela. An dona Dei det gratis; quę gratis accepit, & huiuſmodi, ſecundum fratrem Cornelium Epiſcopum Bituntiunum.

c.licet.de ele. in 6.

De reg. iur. in 6.

Lib. 1. trac. 4.

Epiſc. Bitunt.

## *Viſitator compellat parrochum ad emittendam fidei profeſſionem. Cap. II.*

CVrabit etiam Epiſcopus, ut quilibet parrochus, aut Rector Eccleſiæ in ſua dięceſi beneficium parrochiale obtinens, ut a die adeptę poſſeſſionis beneficii ad minus intra duos menſes profeſſionem fidei publicam faciat coram ſe, uel eo impedito, coram generali eius Vicario. Aliàs nullos facit fructus ſuos habiti beneficii, nec dictos fructus ſibi uendicabit Epiſcopus, ſed fabricæ Eccleſiæ aſſignabit cum Con-

Seſſ. 24. c. 12

Seſſ.23.c.1 Concilium non determinet ad quid ſpecialiter, ſed arguendo ab alio decreto contra non reſidentem, quod & ſupra diximus, dum de pœnis non reſidentium tractauimus. Aut iſte parrochus indulgentiam obtinebit a Sede Apoſtolica; ſic enim dicit obſeruari Sarnenſis Epiſcopus. lib.1.tr.4.c.53 lib.2.c.1.

## Parrochus ſuper quibus alijs ab Epiſcopo examinari debet. Cap. III.

IN hoc incumbat etiam ipſe Viſitator, ut diligenter parrochus, curatusve, aut ſacramentorum miniſter examinetur de ratione adminiſtrationis ſacramentorum; uidelicet de tempore, loco, & modo debito; & ſi iuxta formam, & ritum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ communis matris, & magiſtræ, ipſa ſacramenta adminiſtret cum ſuis cerimonijs, & ſi in aliquo uacillat, inſtrui debet maximè circa ſacramentum pœnitentię, & baptiſmi; ne ordine præpoſtero, & confuſo in cęrimonijs eorum, atque adminiſtratione procedat, & ſi in omnibus a ſuo ſuperiore eſt admiſſus, ſitq; habeat inſuper librum, in quo omnium, qui in eius parrochia ſunt, nomina, & cognomina deſcribat, ſingulorumq; ſexum, ętatem, & ſtatum, in eo item deſcribat, & recenter natos, & mortuos, & in parrochiam habitatum uenientes, & inde emigrantes. Quem librum Epiſcopo, quotiens is petierit uel inſpiciendũ, uel deſcribendũ dabit; uideat etiã ſi obſeruat etiã ſuæ parrochiæ nouos inquilinos, deq; eorũ orthodoxa fide, & ſacramentorum perceptione, deq; mulieribus, quas ſecum habuerint, an matrimonij, cognationis, affinitatis uinculo uerè coniunctæ ſint; an impudicitię nomine ſuſpectę ab eo ſacerdote, in cuius parrochia iam habitauerint, & a parrochię incolis accurate cognoſcet: ſi quęrit item ſtudioſe, & non ut ita dicam, per tranſennam, de pauperibus ſuæ parrochiæ, pręſertim puellis nubilibus, de uiduis, orphanis, pupillis, ægrotis, ſenio confectis, aliisq; perſonis tẽporali, & uel etiã ſpirituali miſericordia indigentibus: quibus & ipſe pro viribus opitulari, & alios ſuo exẽplo, & hortatu ad id officiũ incitare ſtudeat.

De libro Parrochianorum quem habere debet Parrochus.

Par-



## Parrochus, quorum ſcientiam habere debet. Cap. IIII.

INterroget etiam uiſitator parrochum, an ſciat, quænam ſint eius partes, & ante ſciat, quanta debet eſſe eius ſcientia. Nam ſcire tenetur in primis articulos fidei, ut etiam ſupra diximus. Item ſcire debet materiam, & formam baptiſmi, & extremę unctionis, & ſummatim omnium ſacramentorum, pręter illud Ordinis, & Confirmationis. Item ſcire debet præcepta Dei. Item debet ſcire plebem ſuam informare. Debet audire confeſſiones, & diſcernere inter lepram, & lepram. Item debet ſcire numerum Sacramentorum, & ea miniſtrare. Item debet ſcire dies ieiuniorum, & dies feſtorũ, & ut ſubditi ei communicent, quod & ſupra diximus, dum de diuini uerbi prædicatione, & ſacramentorum etiam adminiſtratione locuti fuimus. Nam ibi fuit dictum, ꝙ parrochus diebus feſtiuis populo exponere debet Euangelium, uimq; ſacramentorum explicare pueros obedientiam, ac reuerentiam docere, & inter Miſſarum ſolemnia aliquid, quod in Euangelio, & Epiſtola legitur, exponere.

De ſciẽtia parrochi. lib.1.tra.1.c.4 Idem c.5 Ibidem. li.1.de prędic. c.6.tract.2

## Parrochus, cur tenetur ire ad Synodum diœceſanam. Cap. V.

OB id etiam tenetur parrochus quotannis ire ad ſynodum diœceſanam (manifeſtiſſimum enim eſt apud ſacrum Concilium Tridẽtinum, diœceſanam ſynodum celebrari ab Epiſcopo in ſua diœceſi debere ſingulis annis) ut ſtatum ſuę Eccleſiæ referat, & ſi quid pro reformatione eiuſdẽ Eccleſię fieri neceſſarium eſt, prouideri a ſynodo poſſit, ex alio decreto: ut ſi quæ etiam in ea ſynodo definita, ac ſtatuta ſunt, ipſe palàm recipiat; necnon & ueram obedientiam Romano Pontifici ſpondeat; ſimulq; hęreſes omnes publicè deteſtetur. Hoc idem dicendum eſt de Capitulis Eccleſiarum, quoniam ſunt uocanda, & adminiſtranda in Eccleſiis prouincialibus cathedralium omnium Eccleſiarum Capitula: prout uult Innoc. Papa in quadam ſua Decretali.

Seſſ.24.c.2 Singulis annis ſynodus diœceſana ab Epiſcopo celebrari debet. Seſ.25.c.2.de reform. Ad quid parrochus ſynodo intereſſe debeat. De his, quæ fiunt a Prælatis ſine cõſen. ſu capituli. c.fin.

R Quos

## *Quos libros debeat habere Parrochus.*
### *Cap. VI.*

Sup.lib.1.c.6. INſtruat Viſitator inſuper Parrochum, quos in ſua cu
ra, ſeu officio libros debeat habere neceſſarios. Vn-
de præcipiet ei Epiſcopus, ut habeat Miſſale, & Bre-
Seſſ.24.c.7 uiarium noua, Cathechiſmum etiam vulgarem, Concilium Tri
dentinum, & etiam aliquas ſummulas pro inſtructione admini
ſtrationis Sacramentorum, & reſolutione caſuum in foro con
Sarnen.Epiſc. lib.1.c.23. ſcientiæ. Itemq; etiam bullam, ſeu tranſumptum bullæ ſolitæ
legi in die Cœnæ Domini, cui attentè ſtudeat, eiusq; tenorem
obſeruet magna cum attentione, ne in caſibus in ea contentis
Notet hic parrochus. ſe intromittat. Pręterea libros etiam pro Miſſis celebrandis
opportunos habeat, euangelia, epiſtolas, antiphonaria, reſpon-
ſoria, homilias ſanctorum, baptiſterium, ideſt librum baptizan
dorum, ordinarium officii, & bibliam; de quibus omnibus fa-
diſt.38. c.quo ipſis. tur Gratianus ex dictis ſancti Auguſtini. Non ſpernat etiam
habere Rationale diuinorum officiorum, uel ſaltem tercen-
Auctor compoſuit alios libros. tum illas Quæſtiones, quas nuper emiſimus, in diuinum offi-
cium, ex multis ſanè eruditiſſimis excerptas doctoribus, at-
Bibliotheca pauperum clericorum, quę: & quæ ditiorum, & doctiorum erit. que Conciliis. Bibliotheca autem pauperum clericorum ſit,
ſecundum Bituntinam Synodum, Breuiarium Pij Quinti,
Officium Beatæ Marię Virginis, eiuſdem auctoritate impreſ-
ſum, Cathechiſmus Romanus, examen ordinandorum, Com-
putus eccleſiaſticus, Miſſale, ſacra Biblia, Pſalmiſta ſeorſum, tan
quam inſtrumentum ad canendum Deo, & poetandum de
rebus diuinis. At ditiorum, ſeu doctiorum bibliotheca erit,
Gloſa ordinaria ſuper totam Bibliam, Rationale diuinorum
officiorum, Cathena aurea ſancti Thomę ſuper quatuor Euan
geliis, Cathena Magiſtri ſententiarum, Concilium Tridenti-
num, omnia ſacra Concilia, Gabriel Biel, uel ſexcentum quę-
ſtiones.



## *Officium parrochi in baptiſmi collatione quid ſit.*
### *Cap. VII.*

EXaminabit etiam Viſitator parrochum exactiſſima di- De baptiſmo.
ligentia de ratione adminiſtrationis baptiſmatis; mo
nens illũ, ut cum ſuis ſubſtantialibus, accidentalibus,
debitis cęrimonijs, illud omnibus paruulis, ſeu adultis confe-
rat; utq; priusquam ad ipſius adminiſtrationem intret, perſcru
tetur, qualiter nouum militem in Chriſtiana religione eſt ac-
cepturus: ideò proſpiciat quinam fuerit uocatus ad leuandum
baptizandum de ſacro fonte. Proinde nullatenus admittat, hæ
reticum, excõicatumve, quiq; ſymbolum fidei neſciat, necnon
& orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam. Quòd
ſi aliquando puer fuerit delatus ad fontem baptiſmi, baptiza-
tus ab obſtetricibus, ſeu alijs mulieribus, inquirat Viſitator
a parrocho, quo caſu permittat illum obſtetrices baptizare,
& qua forma, ſtante neceſſitate, docuerit illas baptizare;
& an inuenerit illas in huiuſmodi forma errare, uel erraſſe, ne
loco formę, in nomine Patris & Filij & Spiritusſancti, dixiſſent: de conſ.diſt.4 c.quicunque. & c.mulier.
Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto, ut aliquando inuentum
eſt. Vnde Viſitator in hoc dicat parrocho, ut illas mulieres
doceat ueram formam; utq; mandet illis non aliter ſe intro-
mittere, niſi imminente neceſſitate, ac propter difficultatem
exitus partus, uel periculo ſtante non ſufficere tempus ducen-
di ad Eccleſiam: quibus urgentibus, uel ob carentiam ſacer-
dotum, quilibet baptizare poteſt, ſiue laicus ſit, mulierve, aut
clericus. quo caſu ſi conſtiterit formam ab eis fuiſſe diſtinctè,
ac bene pronunciatam, nullatenus parrochus abluat eum ad
Eccleſiam allatum, ſed tamen ſuppleat cęrimonias, & ſolen-
nitates fieri ſolitas; ſic enim præcipiunt iura Pontificum, &
præſertim Pij V. in ſuo Cathechiſmo ad parrochos. Aliàs par- Clem.1.de baptiſmo, de fructibus baptiſ.
rochus eam maculam contrahet, quam ſcriptores diuinarum
rerum nuncupant irregularitatem, ſecundum eundem Pium
V. ibidem, & omnes. Quòd ſi dubium fuerit, an puer baptiza- Notēt hic curati.
tus ſit, baptizetur puer a parrocho his uerbis pręmiſſis: Si ba-
ptizatus es, non te baptizo; vel ſi non baptizatus es, ego te c.2.extra, de baptiſmo.

baptizo, In nom. &c. Aliàs ſi hoc parrochus non adimpleuerit, Seſſ.24. c.2. ſi parrochus. Epiſcopus viſitator ſuo arbitrio puniat eum, ſecundum Concilij Tridentini præceptum.

### *Sacerdos non debet baptizare, niſi ex aqua benedicta. Cap. VIII.*

QVærat item Epiſcopus a parrocho, an quando contigit ei baptizare pueros, uſus ſit aqua benedicta, maximè extra neceſſitatem. Quòd ſi non vrgente neceſſitate ſimplici vſus ſit aqua pro ablutione pueri, ſciat grauiter eum deliquiſſe, omittendo cœrimonias Eccleſiæ, quæ certas preces, certoſq; ritus induxit pro adminiſtratione ſacramentorum, quos ſi parrochus contemnat adhiberi cõſuetos, anathema iudicandus eſt, Seſſ.7.c.13 ſecundum Conc. Trid. quod In tra.3.c.12. & ſupra diximus lib. 1.

### *Fontes baptiſmales quales eſſe debeant. Cap. IX.*

CVm fons baptiſmi tenendus ſit in omni curata Eccleſia, videbit Epiſcopus, quòd in omni Eccleſia cathedrali, & curata, ſit fons baptiſmalis, ſicut eſſe debet; excepto quòd ſi videatur Viſitatori fontes baptiſmales a maioribus Eccleſiis, quæ ob populi infrequentiam minus celebres ſunt, ad inſigniores, ac primarias Eccleſias transferre: ut maiori cultu, ornatuq; pro rei ipſius ſanctitate, ſalutare hoc regenerationis ſacramentum miniſtretur. (Sic fuit factũ, & ordinatum in urbe.) Videbitq; etiam, quòd dictus fons baptiſmalis ſit lapideus, uel æneus ſtanneatus, inquirendo ſi cautè, & nitidè obſeruetur, ne ſint in eo ſciſſuræ; ſit etiam in loco conſpicuo, ita tamen, ut nõ impediat locum: recteq; etiam, & firmiter clauſus ſit, & clauis in tuto loco conſeruetur, non ſecus ac illa ſacramẽti Euchariſtię. (Fõs baptiſmi eſſe debet lapideus.) Aqua uerò an remoueatur diebus ſolẽnibus ſtatutis, & an prior aqua ſit proiecta in ſacrarium: An etiam adſit vaſculum pro baptizandis, puta ampulla, uel aliud ſimile huic decens.

Quid



### *Quid Epiſcopus circa librum baptizandorum quærere debeat. Cap. X.*

CVret etiam Epiſcopus, ut dum ipſe uiſitat talem fontem baptiſmalem, parrochus exhibeat librũ, in quo ſcribat nomina baptizatorum, patrum, patrinorũq; etiam; quod & ſupra libro primo diximus. Quem oculatè Viſitator inſpiciat, quomodo ſcriptus ſit. An contineat menſem, diem, & annum, in quo puer fuit baptizatus; & an nomen baptizatorum omnium contineat, & prenomen, ſeu cognomen. An & patrinorum etiam, & parentem baptizatorum, nomina, cognomina, patriamq; contineat. Iſq; liber quolibet anno, iuxta Bituntinam Synodum in octaua Paſchæ præſentetur Epiſcopo, uel Vicario in Archiuio curiæ Epiſcopalis conſeruandus ad futuram rei memoriam. Quod idem & de libris Matrimonij, & Cõfirmationis dicendum eſt, & an etiam parrochus admiſerit in patrinos, eos, qui ſciuerint Symbolum Apoſtolorum, orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam, a quibus baptizatus Chriſtianę religionis præcepta haurire poſſit. Aliàs quomodo aliorum ſaluti conſulere poteſt, qui ſuæ etiam deeſt? Præterea etiam aduertat, an plures; quàm unum, uel duos cõpatres ad tenendum puerum aſſumere poſſit, contra ſacroſanctum Conc. Trid. faciens, & diſponens: quo caſu, ſi culpa parrochi hoc factum ſit, modica animaduertat in eum animaduerſione arbitrio Epiſcopi.

(lib.1.c.1.tra.3 — Liber baptiſmi, & confirmationis, necnon & matrimoniorũ, ad quid conficiẽdus. — Epiſ.Bitun.de uſu, & admin. ſacram. — c.ſicuti, lib.1 dist.47 gl. in c.in baptiſmate, de conſ.diſt.4. Seſſ.24 c.2)

### *Viſitator quænam quærere debet a Parrocho pro matrimonij ſolemnitate. Cap. XI.*

PArrochi, quę debeant obſeruare circa celebrationem matrimoniorum, inſcius erit nemo, qui, quæ ſupra diximus, animaduertit. Proinde reſtat, ut hæc tria alia obſeruet quilibet Viſitator, ut nẽpe prohibeat ipſe parrochus ſuis omnibus ſuæ diœceſis, ne ſponſos alterius Parrochi ſine ipſius licentia benedicant. Aliàs quicunque ille fuerit, qui

(De matrimonio. li.1.tr.3.c.28. cum ſeq. — Epiſcopns circa matrimonium tria obſeruare debet.)

tales

Seſſ.24.c.1.§ ſi quis. tales benedixerit coniuges, nouerit ſe ſuſpenſum arbitrio Epiſcopi illius, cuius parrochus matrimonio intereſſe debebat, ſeu illius, a quo ſuſcipienda erit benedictio. Secundò inhibeat, vt in temporibus prohibitis a ſancta Eccleſia non fiant, neque ſo- Seſſ.24.c.10 lennitates, neque conſumationes matrimoniorum illo modo; quamuis non deſint, qui dicant, quòd conſumare matrimoniũ prædictis temporibus non eſt prohibitum, ſed benè ſolemnitates nuptiarum: quos ego non ſequor. Tertiò, ut benedictio fiat a parrocho mulieris ordinet; quia uir ad domum mulieris accedere debet pro hoc actu: quod ſeruari uidemus etiã in omnibus mundi partibus fidelium, & præſertim hic Romæ. Porrò & hoc quartum quoque non omittat Epiſcopus obſer- Syn.Bitun.de uſu, & admi. ſacram. uatione dignum circa Parrochum, iuxta Bitũtinam Synodum, ut omnium uidelicet coniugiorum contractus, coniugumque, & teſtium nomina, quiſque Parrochus in librum proprium, & in ſchædam, aut chartas referat: qui cum aliis Baptiſmi, & Cõfirmationis libris detur Epiſcopo eo tempore, quo ſupra dixi- c.proximo. mus, quàmdiligentiſſimè in archiuio curiæ ſuę cuſtodiendus.

## *Quid quærere debet viſitator a parrocho circa ſacramentum Euchariſtiæ, & Pœnitentiæ.*

## *Cap. XII.*

De Euchar.& Pœnit.c.6. LIcèt ſupra libro primo, tractatu tertio, aliqua de ſacramento Pœnitentiæ ſint a nobis enarrata, quæ ſatis certè videbantur; ut tamen de ſingulis ſeriatim hoc quoque in libro aliquid diſſeramus, Addimus, quòd Epiſcopus viſitans parrochiam alicuius parrochi, debet ab eo quęrere, an eo anno omnes fideles ſuæ parrochię cõfeſſi ſint ſua pec- ca. omnes, de pœn.& rem. Seſſ.24.cap.5. can.8 cata, & an communicauerint ſaltem ſemel in quolibet anno, iuxta Conciliorum decreta, circa feſtum Paſchatis, ideſt, ante, uel poſt octo dies Paſchatis; licèt pręſtet in hoc ſancto Paſchatis die communicare; & qui non communicauerunt ob rationabilem cauſam, & ſine conſilio confeſſoris, ab ingreſſu Eccleſiæ arcendi ſunt tunc, per prædictum Viſitatorem, & morien-

tes



tes in eo ſtatũ, careant Eccleſiaſtica ſepultura, iuxta prędictorũ Conciliorum normam. Examinabit etiam Viſitator parrochum ſuper ſacramento Pœnitentiæ, de quo ſupra dictum eſt, lib.1.c.5.tracta.3 ſi in confeſſionibus audiendis ſit inſtructus, & ab Epiſcopo approbatus, aut aliàs parrochiale beneficium habeat; aliàs pro non habili, & idoneo habeatur.

## *Quidnam aliud rogare debet Epiſcopus a Parrocho ſuper dicto Pœnitentiæ Sacramento.*

## *Cap. XIII.*

ROgabit inſuper Epiſcopus a parrocho, quomodo ſacramentum Pœnitentiæ differat a ſacramento Baptiſmi, prout differre docet ſacrum Concilium. Nam primò materia, inquit, & forma diſſident; Secundò, miniſter Baptiſmi non eſt iudex, ſed benè in ſacramento Pœnitentiæ: nam Eccleſia in neminem exercet iudicium, qui non ſuſceperit baptiſmam. Tertiò per baptiſmum, noua efficimur in Chriſto creatura; ad quam nouitatem, & integritatem per pœnitentiam magno cum dolore peruenimus. Quartò, Baptiſmus tollit culpam, & pœnam præſentem, ſed futuram ſolùm remittit pœnitentia.

## *Quid amplius ad Sacramentum Pœnitentiæ Viſitator parrocho ordinare debet.*

## *Cap. XIIII.*

PRęcipiat poſtremò Epiſcopus parrocho, ut ad ſuperiorem ſuum ſingulis annis accedat, eumq; ab eo caſuum reſeruatorum notam, tam a ſe, quàm a ſede Apoſtolica editam, accipere, & tunc denunciet, & declaret populo ſuo, in quibuſnam caſibus incurratur ipſo iure excommunicatio, ad hęc euitare, maximè contentos in bulla Cœnæ Domini, & in conſtitutionibus ſacris in Concil. Tri- Seſſ.14.c.7 dentino, & in conſtitutionibus ſynodalibus. Nam decet omnes ſic ſcire, ut peccata euitent, & ſemper mentes dirigant, ad

ea,

ea,quę pręuia ſunt ad ſalutem. Vnde diligens Viſitator curabit in viſitatione, ut quilibet habens curam animarum, penès ſe habeat ſaltem tranſumptum bullæ ſolitę legi in cęna Domini; ut illa diligenter uiſa, & attenta, ſciat, in quibus poteſtas ſua extendatur, uel non, & quos ligatos inuenerit ad ſedem Apoſtolicam mittat. Curabit etiam Viſitator, ut non tantum habentes curam animarum, ſed etiam ultra eoſdem, ad audiendas confeſſiones deputatos, prædictæ bullę tranſumptum penès ſe habere, ex præcepto eiuſdem bullæ, ne ignorantiam reſeruationis prætendere poſſint; cum abſoluere a prædictis ſedi Apoſtolicæ reſeruatis caſibus inibi contentis, ſententia ſit excommunicationis.

Bulla cęnę domini debet eſſe cuilibet curato.

## *Viſitator a parrocho informari debet de ſuſpectis de hæreſi, & de alijs notorijs peccatoribus.*

*Cap. XV.*

lib.2.c.3

Card.Borr. in 2.par.act.ecc. Mediol.

HOc etiam dicere non omittamus, quòd parrochus ſecūdum Sarnenſem Epiſcopum, poſt Cardinalem Borromæum, nullatenus eſſe debet oblitus de inquirendo ſtatum ſuæ parrochiæ, & Epiſcopo uiſitanti denunciare, ſi in ea aliquis ſit hęreticus, aut ſuſpectus de hæreſi, aut ſortilegus, uel hæreticis adhærens. De hoc enim tradita eſt forma Epiſcopo, ut per ſe, aut per alium idoneum, quem parrochum in hoc iudicamus, de huiuſmodi criminibus inquirat. Proinde ſi in hoc Epiſcopus eſt remiſſus, & negligens, eſt ab Epiſcopali officio deponendus. Porrò idem parrochus denunciet Epiſcopo, an in ſua Parrochia ſint vſurarij, blaſphęmi, ſortilegi, excommunicati, non curantes uenire ad ueniam, & uiam ſalutis; ſcandaloſi, inſidioſi, incorrigibiles, de quibus etiam ſupra diximus. Contra quos omnes poterit Epiſcopus procedere iuxta formam ſacrorum canonum, & Concilij Tridentini.

In c.excōmunicamus, de hęret 6

lib.1.tr.3.c.59 c.1.de off.ord. Seſſ.24.c.8

*Pœni-*



## *Pœnitentiarius deputatus ad audiendum confeſſiones in viſitatione, eſt examinandus a Viſitatore.*

*Cap. XVI.*

NOn ſolùm autem parrochus in uiſitatione eſt uiſitandus, atque examinandus, uerùm etiam & ipſe pœnitentiarius eſt in uiſiratione ab Epiſcopo multum examinandus, an uidelicet ſuum officium ſolicitè, deuotè, & aſſiduè præſtet, ornatus omni modeſta, honeſtatem, & uenerationem pręſeferendo: ac de eius uita, moribus, & qualitatibus; inquiratur. ut quā aliis paratus eſt pręſtare, ipſe in ſe puritatē cōſcientię habeat; & non ad aliud intēdat, niſi munus ſuū exercere pro gloria Dei, & ad ſalutē animarū, quarū cura admodū difficilis eſt, propter dānum, quod imminet, ſi minus bene (quod abſit) adminiſtretur, & ubi periculum maius intenditur, ibi dicit Greg. proculdubio eſt plenius conſulendum.

De Pœnitentiario, & eius qualitatibus. Supra libr. 1. Tract.3.c.4

c.ubi, de elect. in 6.

## *Epiſcopus viſitans Sacramentum Euchariſtiæ, quænam docere debet fideles.* *Cap. XVII.*

POterit diligens Epiſcopus, priuſquam ſanctiſſimum Euchariſtię ſacramentum uiſitet, benè prius ſuum informare populum ibi exiſtentem, uidelicet, hanc de hoc auguſtiſſimo Sacramento debere firmiter tenere doctrinam, ſcilicet quam ſancti patres Conc. Triden. ac maiores etiā omnes docuerunt, quamq; nunc Catholica Eccleſia, etiam a Chriſto Ieſu Domino noſtro, & ab eius Apoſtolis, atque a Spiritu ſancto illis omnem ueritatem indies ſuggerēte edocta retinet, quamq; ad finem uſque ſeculi conſummabit. Pro certo enim tenet, & profitetur in almo ſacroſanctæ Euchariſtiæ Sacramēto, Dominū Ieſum Chriſtum uerum Deum, atque hominem, uerè, realiter, atque ſubſtantialiter, ſub ſpeciebus illarum rerum ſenſibilium contineri. Inſtruenduſq; eſt clerus, & populus etiam, in hoc Sacramento, non eſſe alterationem corporis Chriſti, ſed accidentium; quia panis conuertitur in corpus Chriſti. Per conſecrationem enim panis, & uini, fit conuerſio

Seſſ.23.c.1

Seſſ.13.c.5

de cōſecr. diſt. 2.c.panis.

S totius

totius ſubſtantiæ panis, in ſubſtãtiam corporis Domini noſtri, & totius ſubſtantiæ uini in ſubſtãtiam eius ſanguinis. Sic enim confeſſa eſt noſtra ſancta mater Eccleſia in Conc. Trid.

Seſſ.13.c.4

*Euchariſtia, qualiter cuſtodienda, retinendave ſit.*
*Cap. XVIII.*

Card. Borr. in 2.par.act.ecc. Mediol.

PRocuret etiam dominus Viſitator, ut ſacratiſſimum Chriſti corpus admodum honorificè cuſtodiatur, utq; locus ſit ei multum decens ac eminens, utq; tabernaculum cum cruce in ſummitate eius ſit benè firmũ, ac ex omni parte clauſum, ut nec foramen etiam minimum pateat; ſitq; bene reconditum, claueq; ſemper clauſũ; quiq; clauem detinet, ſit presbyter, uel aliquis alius ſufficiens, & Deum timens. Neque permittat Viſitator tabernaculum conſiſtere in loco humido, faciatq; illud eſſe honorificum cum ueſte ſerica interiori, & exteriori, & cum uaſe aureo, ſeu argenteo, & corporali benedicto in pyxide ad retinendum Sacramẽtum; & cum cooperimento ſimili ſerico, iuxta facultates Eccleſiæ. Quolibet autem octauo die renouetur Sacramentum, hoc eſt, iuxta Synodum Bituntinã, quinta feria, eo inquam die, quo primum a Domino noſtro Ieſu Chriſto confectum eſt, ne aliqua in ipſo corruptio generetur, & antiquum ſumatur. Inhibeat etiam Epiſcopus, ne in tabernaculo ſanctæ Euchariſtię aliquid aliud omninò detineatur, nec alia ſacramenta, quę in alio loco honeſto retinenda ſunt.

Foris, & intus ornatum ſit tabernaculũ.

Mutatio ſacramenti in octauo die fienda.

*Euchariſtiam incautè remittens, qua pœna puniri debet.*
*Cap. XIX.*

c.1.de cuſtod. euchar.

ETſi quis Euchariſtiæ cuſtos ſua incuria, & incautè eam dimiſerit, iuxta ſacrorum Canonum ſanctiones puniatur ſuſpenſione trium menſium ab officio. cap. ſanè. de celeb. miſſ. Et ſi maior fuerit culpa, aut negligentia, maior etiam detur pœna, addendo, uel minuendo, ſecundum cauſam facti, & ſic arbitraria pœna. c. de cauſ. de off. del.

l.quod §.pœne.ff.de his,q. not.infam.

*Lampas*



*Lampas ardens ante Sacramentum Euchariſtiæ eſſe debet.*
*Cap. XX.*

CVrare inſuper oportet Epiſcopum uiſitatorem, ut continuè lampas ſit ardens ante ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramẽtum, hoc eſt die, nocteque, interdiuque, ac ſemper propter reuerentiam ſanctiſſimi Sacramenti; ut ingredientes Eccleſiam ſciant, ubinã primùm adorare debeant præſentiam Saluatoris noſtri, quia ſic fideles adorando tam admirandum Sacramentum, recolunt beneficium Chriſti nobis collatum. Vnde cuius donum, uel munus frequentius aſpicitur, eiuſdem memoria ſtrictius retinetur.

*Euchariſtia ad infirmos portari debet. Cap. XXI.*

NOn ab re etiam, ſed maxima cum pietate, ſanctitateque inſtitutum ipſam Euchariſtiam ad infirmos honorificè deferri poſſe, quo caſu prouideat presbyter eã deferre habitu decenti, ſuperpoſito mundo uelamine, ac cum ſuperpelliceo lumine pręcedente, cum omni reuerentia, & honore, uultu demiſſo ante pectus, ſimiliter cum uaſe argenteo, uel ſaltem in calice uelo ſerico coperto, nõ tamen in uaſe uitreo. Deferanturq; duæ particulæ, ut in regreſſu ab omnibus adoretur, cum pallio, ſeu turriolo honeſto, pręcedente campanula, (canetis.n. dicit lex, tubis ſuper holocauſtis, & pacificis uictimis) ac lanterna, ut cuncti genu flectant. Et ſi ex copia infirmorum (ut mihi hic Romæ obtigit nudiuſtertius habere, maximè milites) omnes particulæ miniſtratę fuerint, ut nulla remãſerit, redeat tunc præsbyter ſine ſolemnitate, & ueſte, ne populus ex ignorantia adoret tabernaculum. Deferat autem hanc ſacram Euchariſtiam ſolus Sacerdos, uel neceſſitate urgente, uel ſtante Sacerdotis abſentia, deferat Diaconus; quamquàm Chriſtus hoc officium committi uoluit ſolis præsbyteris, ut ſumant, & dent ceteris. Pro quorum uerborum intelligentia, uide quæ dixi, dum illa uerba expoſui. Habeatq; etiam Sacerdos clericum, qui cum eo miniſtrante, orationes, & preces recitet.

Seſ.3.c.6.& c. ſanè.de celeb. miſſ.

Gull.in ratio. lib.4.c.41. Num.c.10.

eod.c.ſane, de celeb.miſſ.

De conſ.di.2. c.Peruenit.

93.diſt.preſente.

Auctor alibi.

S 2 Po-

Poterit etiam ordinarius,ſi videbitur,dare operam ad introducendam ſocietatem corporis Chriſti. Nec examinari prætermittatur Sacerdos ab Epiſcopo,quę cerimoniæ,qui ritus,quęue etiam preces obſeruentur circa infirmum,ad hoc, ut omne uanum,& ſuperuacaneum tollatur.

Sup.lib.1.tra. 3.c.12

### *Chriſma debet ſingulis annis confici. Cap. XXII.*

ANte omnia dominus Viſitator circa Chriſma hoc obſeruet. Quærat,an confectum ſit illo anno Chriſma, & an ſingulis annis per Epiſcopum conficiatur in die Cœnæ Domini. Docuit enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus in illa die,poſtquàm cœnauit cum diſcipulis ſuis,& lauit pedes eorum, Chriſma conficere: nam ſicut ipſius diei ſolemnitas per ſingulos annos celebratur,ita ipſius ſancti chriſmatis confectio per ſingulos annos eſt,de anno in annum renouãda. Vetus autem Chriſma cremandũ eſt;ſic enim a ſanctis Apoſtolis, & ſucceſſoribus accepimus, ſic ſancta Rom. quoque Eccleſia, & Antiochena a tempore Apoſtolorum cuſtodit. Hoc etiam & Hieroſolymitanorum, & Epheſinorũ tenet Eccleſia, in quibus Apoſtoli præſidentes docuerunt,& uetus chriſma incendi in Sanctis Eccleſiis, & amplius quàm uno anno uti nõ permiſerunt. Et ex ſupradicto Chriſmate poſteà benedicantur fontes baptiſmales,calices,patenę,conſecrentur Eccleſia,altaria,pueri in fronte,Epiſcopi in capite,& manus.

Ioann.13

ca. In his, de conſ.diſt.3. c.omni tempore, de conſecr.diſt.4

Gullielm. in Rationali.ca. 8.lib.1.

### *Viſitator paratus ad viſitandum cætera olea ſancta, quid quærere,& aduertere debeat. Cap.XXIII.*

AT circa cætera olea ſancta, qualia ſunt oleum Cathecumenorum,quo baptizandi in pectore unguntur,in ſcapuliſque, & Sacerdotum manus, cùm ſacerdotij officium accipiunt. Et oleum infirmorum,quo in mortis periculo cõſtitutis utitur ſancta Dei Eccleſia,id principaliter examinet Epiſcopus,vtrùmnam aliquis Sacerdos (extra caſum neceſſitatis)ueteri oleo uſus ſit; nam pro tantæ temeritatis auſu in

c.Deinde, de conſecr.diſt.4

c.Vno,de ſac. unct.



in ſuipſius damnationem profert ſententiam, quia fuit contra antiquiſsimam ſanctę Eccleſiæ conſtitutionem. Item roget Epiſcopus,an pro precio illud alicui exhibuit. An per ſemetipſum a proprio Epiſcopo illud capiat,uel ſaltem per alium eiuſdem ordinis,an uerò per minorem clericum; nam precio conferens tale ſacramentum,& non per ſeipſum Sacerdos,ſed per alium eiuſdẽ ordinis accipiẽs,grauiſſimè punitur.Et propterea aduertendum eſt multum viſitatori,ut quorundã ſacriſtarum deteſtandus abuſus tollatur, qui Archipræsbiteris, plebanis, cæteriſq; de prouincia, ſeu diœceſi, accedentibus per pueros pro oleo ſancto, niſi ouis allatis eis, & pecunia, aut altero ſimplici oleo non concedunt:quod non ſine diligenti reformatione relinquendum eſt.Aſpiciat etiam diligens Viſitator,in quibus prædictum oleum uaſis aſſeruetur, prouideat, ut ſint( ſi facultates Eccleſiæ ſuppetunt) argentea,uel ſaltem, ſi non ſuppetunt, ſtannea, bene coperta, & cum ſua inſcriptione olei, quod in unoquoque uaſculo continetur, ne in adminiſtratione confuſio generetur, errorque ſuccedat, ut unum pro alio adminiſtretur. Item in loco honeſto, & decenti reponantur, non tamen in tabernaculo ſanctæ Euchariſtię, ubi nihil, præter eam, ſtare debet. Item non conſentiat Viſitator tria uaſa ſtare unita, ſed uas olei infirmorum omnino ſeparatum ab alijs: poteſt tamen fieri uaſa chriſmatis, & olei cathecumenorum eſſe iuncta cum bombice mixtim cum oleo, quæ tamen teneantur debita cum ſolennitate, omni macula expurgata, & ſub clauibus fideliter cuſtodita. Quòd ſi prædictorum uaſorum præpoſitus ſordidum, & indecens quidpiam in eis accidere ſua culpa permiſerit,grauiter puniatur ad arbitrium viſitatoris,ut ſanctę pręcipiunt Pontificum ſanctiones.

glo. in c.quoniam,de ſent. exco.in 6. c.ſi quis de alio, de conſ.diſt.4

c.omni temp. de conſ.diſt.4

c.1.q.3. c.Eccleſia.

c.præsb.de cõſec.diſt.4.

Vaſa, qualia eſſe debent oleorum ſanct.

c.1.de cuſtod. Euchar.

DE

# DE VISITATIONIBVS ECCLESIÆ NON CVRATAE, NECNON ET EXEMPTAE,

## Et perſonarum exemptarum, ac etiam commendæ:

## *Necnon & commendatariorum, ac demum, & patronatæ Eccleſiæ, & de ordinandis in eiſdem.*

# Tractatus Quintus.

## ANNOTATIO SINGVLORVM CAPITVM Quinti Tractatus.

*1 Viſitatio in beneficijs ſimplicibus in quibus uerſari debeat.*
*2 Quid aliud in uiſitando Epiſcopus debet circa huiuſmodi beneficia aduertere.*
*3 Eccleſiæ exemptæ a quo Epiſcopo uiſitentur.*
*4 Perſonæ exemptæ qualiter uiſitantur ab Epiſcopo.*
*5 Eccleſiæ curatæ ſeu perſonis curatis exemptis præeſt Epiſcopus.*
*6 Exemptio non liberat a viſitatione ipſorum circa ſacramentorum adminiſtrationem.*
*7 Exempti poſſunt cogi ab Epiſcopo ad oſtendendum ei titulum ſuæ exemptionis.*
*8 Exempti propter quid poſsint conueniri.*
*9 Epiſcopus habet ius uiſitandi Eccleſias commedatas.*
*10 Eccleſia parrochialis cui in commenda eſt concedenda.*
*11 Commendas plures curatas habere quis non debet, & eas qualiter dimittere teneatur.*
*12 Viſitatio eo modo fit commendato quo & ipſi parrocho.*
*13 Commendatarij non debent diminuere cultum diuinum, aut mutare ſolitum ſtatum ipſius Eccleſiæ.*

Com-



*14 Commendatarius tenetur facere profeſsionem fidei.*
*15 Epiſcopus an poſsit commendare Eccleſiam, & infra quantum tempus, & quoto tempore duret.*
*16 Patroni ſunt vocandi cum Eccleſia confertur in commendam.*
*17 Epiſcopus cum uiſitat Eccleſias patronatas, de quibus debeat ſe informare.*
*18 Eccleſia poſita in patrimonio Regum, & huiuſmodi, ſunt priuilegiatæ.*
*19 Patronus non poteſt imponere nouum onus in Eccleſia.*
*20 Patronus quando debeat habere alimenta ab Eccleſia.*
*21 Quid aliud inquirere debeat Epiſcopus circa Eccleſiam patronatam.*
*22 Præſentatus ab homine præfertur præſentato a fæmina, & quando ſecus.*
*23 Eccleſia patronata ſi habet curam animarum qualiter Epiſcopus eam inſtituet, & cui debeat Eccleſia committi.*
*24 Epiſcopus quando inſtituet in Eccleſia patronata ſine conſenſu patroni.*
*25 Epiſcopus quando poſsit transferre Eccleſiam patronatam.*
*26 Inſtituti in beneficijs ad præſentantionem laicorum nõ poſſunt ab ijs remoueri ſine Authoritate Epiſcopi.*
*27 Ius patronatus an poſsit donari ſine licentia Epiſcopi.*
*28 Ius patronatus an veniat in confiſcatione bonorum facta per Iudicem laycum.*

### *Viſitatio in beneficijs ſimplicibus in quibus uerſari debeat. Cap. I.*

QVanquam viſitationum ſcopus (ut etiam ſuperiori libro diximus) ſit præcipuè introductus ad populi inſtructionem propter animarum ſalutem, quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſitiens, deſcendit de cœlis, & exinaniuit ſe, formam ſerui accipiens, carnem humanam aſſumere dignatus eſt; ut in eo ſacra, orthodoxaq; doctrina, expulſis hęreſibus, introducatur, boni mores conſetuentur,

De beneficiis ſimplicibus. c.3. trac.1.

Ioann.1.

1.Timoth.1

tur,& praui corripiantur,& cohortationibus,admonitionibus omnes ad religionem,& pacem, atq; innocentiam (prout fuit etiam mens Conc.Trid.) accendantur,& propter hoc non defuerint,qui dixerint,ac iudicarint in Eccleſiis nō curatis,& ſimplicibus, uel ruralibus beneficiis,non eſſe neceſſariam huiuſmodi uiſitationem,atque ſacram,& orthodoxam doctrinā; oppoſitum tamen, reiecta omnino illorum talium ſententia, decretum fuit,ac obtinuit; nempè quòd & in ipſis etiam non curatis Eccleſiis cadat profectò, ac neceſſaria ſit Epiſcopi uiſitatio: Siquidem Epiſcopi diligentia nedum ad maiores,ſed etiā circa minores Eccleſias uertenda eſt; ut uideat, prout etiam fatur ſacrum Con.Tridentinum,ubi, & in quibus prouidendū eſt de ſpectantibus ad cultum diuinum,non tantum in iam dictis Eccleſiis, ſed etiam in uiſitatione harum Eccleſiarum non curatarum,& ſimplicium beneficiorum.

Seſſ.24.c.13

c.Epiſc.10.q.1

c.Romana.de cenſib.in 6

Seſſ.21.c.8

Rector ſimplicis beneficiis, de quibus examinandus.

Proinde & in iſtis etiā diligentes erunt faciendæ interrogationes,& inquiſitiones,de nomine,& titulo Eccleſiæ,eiusq; etiam beneficij. Quis Eccleſiam fundauit. Quo tempore, & quantum eſt, quod eſt iſtius beneficij beneficiatus,ſi ſaltem poſt primam tonſuram; a quo habet inſtitutionem. Ad quem ſpectet.Si in fundatione adfuit conſenſus Epiſcopi; Si libera eſt Eccleſia, uel in ſe habet aliquod onus, aliquem cenſum: Quomodo ſe habet Rector in ſui regimine: Si in neceſſariis ei ſubuenit, ſi patitur occupari bona,ſeu cenſum illius,ſi celebrat diuina,ſaltem in feſtis tituli, ſiq; officium,ſeu canonicas horas, ac horarios pſalmos ſoluat. De qualitate item redditum quærat,in quibus conſiſtant: Si ſunt deſcripti in communi Eccleſię inuentario; quomodo diſpenſentur: Si poſſeſſiones, cęteraq; bona rectè gubernētur: uideatq; ne aliquid prædictorum ſit alienatum cōtra formam ſacrorum Canonum. De pauimentis,ędificiisq; oculatè inſpiciat: ſi adſunt patroni,ſi ſunt extra muros ciuitatis ędificatę Eccleſiæ: ſi ſunt collapſæ cædē,& nequeunt inſtaurari,uniat eas, & cum aliis transferat,prout ex loci qualitate apparebit, & uiſitantis prudentia iudicabit. Bullæ quoque beneficiati illius reuideantur, & poſt diligentem earum recognitionem regiſtrētur per notarium ſuum, quem ſecum duxit ad uiſitandum.

Non



Non item patiatur Viſitator aliquid prophanum, ſordidumve iuxta ipſas Eccleſias fieri. Itaque hæc ſupradicta viſitatio ab Epiſcopo eſt omninò facienda; nec quis poteſt ſe tueri,aut ullatenus euadere, quo minus uiſitetur; cum ſic ſtatutum ſit a ſanctis ſanctorum Conciliorum patribus.

Seſſ.7.c.8

## *Quid aliud in viſitando Epiſcopus debeat circa huiuſmodi beneficia aduertere. Cap. II.*

c.ſi proponente,de reſcript.

QVoniam autem expreſſio uniuſcuiusque beneficij facienda eſt in impetratione ad beneficium,ſecundum Honorij diſpoſitionem; ideò quando Epiſcopus uiſitabit prædicta beneficia, oculatè cernat, ſi in interpretatione mentio facta ſit alterius beneficij, licèt exigui,in Curia Romana impetrati, quod nunc habet; nam ſi tacuerit,nulla ſuffragatur ei impetratio facta; illudq; beneficium uacare dicitur,ipſeq; intruſus eſt,nec fructus ſuos quouis modo facit, quia debet de omnibus mentionem facere, ſicuti de multis aliis; niſi tamen de motu proprio,non ad alterius petitionem eſſet facta conceſſio facta; quæ clauſula,uitium ſubreptionis tollit. Eſt autem beneficium, ſecundum gloſam, nomen largum,comprehendens multa,ut canoniam, præbendā, dignitatem,perſonatum,officium,Eccleſiam, vicariam, pręſtimonium, penſionem ad uitam aſſignatam pro titulo, beneficium de menſa,terras beneficiales, quæ ſunt ſine altari, & ſine titulo. Nam hoc nomen, beneficium, de ſui natura eſt,amplecti maiora,& minora beneficia, imò & Epiſcopatū, ſecundum aliquos. Quænam autem ætas requiratur ad obtinendum ſimplicia beneficia,omiſſa illa,quæ antiquitus ſufficiebat,quæ erat tantùm ſeptem annorum, ſupra a nobis fuit dictum de mente Concilij Tridentini: nempè quod quatuordecim annorum eſſe debent,qui talia impetrare properant. Quare cùm uacat aliquod tale beneficium, ſtatim Epiſcopus debet illud conferre idoneis perſonis; ſi in eius menſe conceſſo contigerit uacare, iuxta diſpoſitionem regularum: uel ex alternatiua menſium conceſſa perſonaliter reſidentibus tantum: & a die habitæ no-

d.c.proponente, per gloſ.c. ſi motu.de prę ben.in 6

In extrauag. exerabilis, de præben.& dignit.

Conc. Trid. ſeſſ.5.c.1

c.ſi hi.de conceſſ.lib.6

c.ſi eo tempore.de reſcript. in 6.

ca. ſuper ord. de præben.

Lib.1.Tract.4 c.16

cap.nullis, de conceſſ. preb.

T titiæ

*ca.fin.de ſupplen. neglig. c. quia ſæpe, de elec.in 6. c.ſi propter.de reſcr.*

titiæ vacationis intra 6.menſes,aliter poſtea facta collatio non tenet. Fructus autem interim currentes, uel in utilitatem Eccleſiæ expendi debent; uel ſucceſſori fideliter aſſeruandi ſunt; dummodo ex priuilegio aliter non ſit ſtatutum.

## *Eccleſiæ exemptæ, a quo Epiſcopo viſitentur.* *Cap. III.*

*De Eccleſiis exemptis uiſitandis. Seſſ.7.c 8 Seſſ.24.c.9 Epiſcopus habet ius uiſitãdi exẽptas Eccleſias.*

CVm ſecundum Concilium Tridentinum quamoptimè ordinatum eſſe reperiatur, nullam nempe Eccleſiam eſſe ita exemptã, ſeu nullam eſſe exemptionem Eccleſiæ conceſſam tanti effectus, ut Epiſcopus huiuſmodi Eccleſiam, ſiue Eccleſias exemptas non uiſitet, etiam tanquam ſedis Apoſtolicæ auctoritate delegatus, etiam quòd beneficiati reſideant in Curia Romana, uel in familiaritate Dominorum Cardinalium exiſtant: ideò licet non intuitu dictæ reſidentiæ, ſeu exiſtentiæ, tamen reſpectu ipſarum Eccleſiarum, & ipſorum beneficiorum quocunque priuilegio non obſtante,uiſitabit ordinarius eas,ac ipſa loca; quia maius dicitur priuilegium viſitationis, quàm familiaritatis; & maior eſt fauor Eccleſiarum, ex quarum cultu honor Deo debitus impenditur; & de iſtis Eccleſijs exemptis ſupra etiam diximus. Idem de Eccleſiis, quæ nullius diœceſis eſſe dicuntur, dicendum eſt, quòd ſcilicet uiſitari debent ab Epiſcopo uiciniori, cuius cathedralis Eccleſia proximior eſt. Et ſi dubium exiſtat, quis ſit uicinior Epiſcopus, in Concilio prouinciali debet fieri electio a Prælato illius loci auctoritate Sedis Apoſtolicæ de aliqua perſona idonea, a qua ipſæ Eccleſiæ nullius diœceſis uiſitentur; non obſtantibus quibuſcunque, iuxta Concilij Tridentini decreta, etiam alicuius præſcriptionis tuitione.

*Conc.Tridẽt. ſeſſ.24.c.11. Priuilegiorũ, & exemptionũ abrogatio.*

*li.1.tra.4.c.35*

*Eccleſiæ, quæ dicuntur nullius diœceſis, a quo Epiſcopo uiſitentur.*

*Seſſ.6.c.4 Seſſ.7.c.8. Seſſ.21.c.8*

Per-



## *Perſonæ exemptæ qualiter uiſitentur ab Epiſcopo.* *Cap. IIII.*

POrrò perſonas item exemptas idem Epiſcopus circa viſitationem, & correctionem uiſitabit; iiſdem nulla ſuffragante, etiam Sedis Apoſtolicę exemptione,a quocunque titulo Protonotariatus, Acolytatus, Comitis Palatini, capellani regis, aut alijs huiuſmodi non obſtantibus. Quinimo etiam habentes certum Iudicem a ſede Apoſtolica, uel extra Monaſterium,quod etiam ſupra diximus,degentes in ciuilibus cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, Epiſcopo loci omnes ſubiecti, ac coram ipſo conueniendi ſunt,ſecundum ſępe citatum Concilium.quod & ratione delicti etiam hoc intelligendum eſt, ſcilicet quod coram ordinario conueniendi ſunt tales; ſimiliter differentias ortas de præcedentia inter dictas perſonas exemptas, iudicabit, & componet; quando aliquo caſu in proceſſionibus, aut in aliis generalibus actibus, ad quę tenentur exempti omninò accedere, ſuborirentur. Exceptis tamen exemptis uiuentibus perpetuò in ſtrictiori clauſura. Et tam de exemptis ab Epiſcopo, quàm etiam a Papa intelligimus.

*c.cum capella de priuil. Seſſ.24.c.11*

*lib.1.tr.4.c.61*

*Auctoritas ordinarij in exẽptos. Seſſ.7.c.14. c.1.de priuil. in 6.*

*Exẽpti tenentur uenire ad proceſſiones.*

*Conc.Tridẽt. ſeſſ.25. de Regul.c.13*

## *Eccleſiæ curatæ, ſeu perſonis curatis exemptis præeſt Epiſcopus.* *Cap. V.*

NOn ſolùm autem non curatæ Eccleſię ueniunt uiſitandę ab Epiſcopo,uerum & curatę etiam exemptę, ſimiliter & perſonę earum exemptæ. Nec ſub quibuſuis exemptionibus fuerit conceſſa exemptio Eccleſiæ, ſiue perſonis, obſtabit, quominus, per ipſam Epiſcopus non poſſit viſitare pręsbyteros curam animarum habentes.Ipſi enim curati præsbyteri circa ipſam curam cum eorundem parrochianis Epiſcopo omnino ſubſunt, ac ab ipſo etiam conſequenter uiſitantur,imò & corriguntur. nec minus ipſi exempti poſſunt ſub prætextu exceptionis alicui curam animarum committere ſine licentia Epiſc.quod & optimè ſancitum eſt a Conc.Trid.

*Cura animarum exempta debet uiſitari ab Epiſcopo.*

*c. per exẽptionem, de priu. in 6.*

*Seſſ.25.de regu.c.12*

 Exem-

Huiuſmodi ergò commendatas Eccleſias curatas,& non curatas,ſeu alia quæcunque beneficia commendata ſiue ad tēpus, ſiue in perpetuum (eſt enim commenda duplex,ſ.perpetua, & temporalis; prima, tam de curatis, quàm non curatis beneficiis perpetuò in perſona conceditur: temporalis uerò conceditur ad tempus a Papa determinatum) iure ordinario uiſitabit Epiſcopus; & ubi tali iure non poteſt, ſupplebit tanquàm delegatus Sedis Apoſtolicæ, uiſitans monaſteria, abbatias, prioratus, prępoſituraſque,in quibus deeſt regularis obſeruantia,& regularia etiam qualitercunque commendata, per deciſionem ſacroſancti Concilij Tridentini,quæ incipit: Quæcunque,& per alteram eiuſdem,quæ incipit: Abbates.

Commēda eſt temporalis,& perpetua.

Seſſ.21.c.8.

Seſſ.25.c.20

*Eccleſia parrochialis,cui in commendam eſt concedenda.*
*Cap. X.*

VNde Epiſcopus viſitans, uideat ſi Eccleſia parrochialis eſt commendata,cui ſit commendata; ut non,niſi cōſtituto in ætate (prout dictum eſt ſupra) legitima.ſ. & annorum uigintiquinque,& in ordine ſacerdotali,iuxta Decretal. quæ incipit: Licèt Canon. Nec iuuat unum ſine alio,quia ille textus utrunque requirit copulatiuè & ætatem 25. ann. & ſacerdotium. Diſpenſare autem ad quodlibet ipſorum reſpectu ætatis 25. annorum de ſacerdotio, & Eccleſia parrochiali, ad ſolum Papam pertinet,non autem ad Epiſcopum,per dictā ſanctionem: licèt canon.& per alteram,quæ in c.Permittimus.

lib.1.tract. 4. c.6.& 7 c.licet canon. de elec.in 6

gl.in c.ei cui, de præb. in 6.

gl. in clem. 1. de off. Vica. c. Permitt. de æt.& qual.li.6

*Commendas plures curatas habere quis non debet, & eas qualiter dimittere teneatur. Cap. XI.*

VNnus autem duas parrochiales habere in commendā, ſeu duo beneficia curata non poteſt. Nam quemadmodum incompatibilitas inducitur ex duabus Eccleſiis parrochialibus,ſecundum diſpoſitionem Concil. Lateran. & poſtmodum Innocentij,ita per duas curatas Eccleſias commendatas; & certa eſt ratio,quia commendare Eccleſiam non eſt

c. cum iniunctis, de elec. c. de mult. de præb.



eſt remouere ſtatum Eccleſiæ,aut mutare qualitates,ut curam animarum,reſidentiam,& onera. Et ideò in impetratione alterius curati beneficij facienda eſt mentio de alio commendato. Vnde propterea bene diſpoſuit Innocent. in dicta Decr. de multa. præcipiens,ut una retenta,alteram infra ſex menſes relinquere habeat neceſſe,etiam quòd fuerit ſub nomine commendæ perpetuæ. Quod & Conc. Trident. etiam aduertit; & nos ſupra diximus in primo lib. aliàs ipſo iure priuatus exiſtit. Et ideò uidendum eſt a uiſitatore,ſi quis adhuc poſſideat, nō facta dimiſſione; & ſi dimiſerit,& fecerit intra tempus aſſignatum ab eodem Concilio, licèt propter neceſſitatem,quæ non habet legem,antiquo iure,& utilitatem Eccleſię,& etiam perſonarum permittebatur. Hęc enim duo, neceſſitas, & utilitas diſpenſationem ſolent inducere.

Ne liceat plus una habere eccleſias.

Seſſ.7. c.2.& Seſſ.24.c.17. Li.1.tr.5.c.21 gl. in c.nemo deinceps, de elec.in 6 l. rem legatā. ff.de adi.leg. c.1.de cle.nō reſid.in 6. cap.quæris.de æt.& qual.

*Viſitatio eo modo fit commendato, quod & ipſi Parrocho.*
*Cap. XII.*

NEc abſimilis quidem eſſe debet commendati uiſitatio ab ea,quæ ſolet fieri parrocho. In qua ſi quidem commendati uiſitatione inquiritur, ſi cura animarum eſt annexa: ſi fideliter exerceatur; & quæ renouatione,& reſtauratione indigent,reficiantur etiam per fructuum ſequeſtrationē, & ſi qua debita obſequia rectè adimpleantur. Et ſi forſan inibi uiget regularis obſeruantia, tunc Epiſcopus paternè moneat ſuperiores regulares, ut iuxta regularia ſtatuta debitam uiuendi rationem obſeruent,& obſeruari faciant. aliàs, ſi infra ſex menſes moniti non fecerint, ipſe Epiſcopus, tanquam Apoſtolicę ſedis delegatus uiſitabit, & corriget, nullis in contrarium obſtantibus priuilegiis, appellationibus, aut exemptionibus. Item inquirat ſi ſacramenta fidelibus adminiſtrentur, utq; cura ipſorum parrochianorum non negligatur; prouideaturq; in his, quę ſunt de neceſſitate, & utilitate ipſius Eccleſię, ſuo regimini commendatę, & generaliter de omnibus, ut diximus ſup. de parrocho in anteced. tract.

Conc.Tridēt. ſeſſ.21.c.8

Seſſ.21.c.8

Sup.eo.li.tr.4. per totum.

Com-

## *Commendatarij non debent diminuere cultum diuinum, aut mutare ſolitum ſtatum ipſius Eccleſiæ. Cap. XIII.*

Abb. in c. quẽdam, de elect.

INſuper uidendum eſt, ne ſit mutatus ſtatus ipſius Eccleſiæ commendatæ, nec ſit diminutus cultus diuinus ſolitus exerceri: & hoc eſt admodum neceſſarium. Nam cùm Eccleſia fuerit ſubiecta, & commendata pleno iure, tunc eſt in ſpiritualibus, & temporalibus data adminiſtratio. Olim enim ſolebant Commendatarij parum ſolliciti eſſe de Eccleſiis commendatis, nec ibi diuina celebrare, aut celebrari curabant, ſed fructus recolligere: ſed nunc hodie ceſſant hæc incommoda ex reformatione facta per Concil. Trid. & confirmata indies per ſummos Pontifices. Ideò per uiſitationem Epiſcopi facienda eſt debita, & diligens prouiſio.

Seſſ. 21. c. 8

## *Commendatarius tenetur facere profeßionem fidei. Cap. XIIII.*

HOc item nullatenus omittat Epiſcopus uiſitans, ut cognoſcat, ſi ipſi Commendatarij, quicunque fuerint, & de quibuſcunque Eccleſiis in commendam prouiſi, cuiuſcunque ordinis, & militiarum, ſeu quocunque alio titulo, fecerint publicam fidei profeſſionem, iuxta decreta Con. Trid. necnon & bullam Pij quarti.

Seſſ. 25. c. 2

## *Epiſcopus an poſsit commendare Eccleſiam, & infra quantum tempus, & quoto tempore duret. Cap. XV.*

CErtum eſt, quòd illæ Eccleſiæ, quę ſunt cum dignitate mitræ, & baculi paſtoralis; & quæ ſæpenumero dantur in commendam, a ſolo Papa conceduntur in titulum, non autem ab Epiſcopo, ut refert Abbas in c. ſi conſtiterit, de accuſation. Poteſt tamen Epiſcopus Eccleſiam aliquam commendare ad ſex menſes, dummodo hoc faciat

c. ſi conſtituerit, de accuſ. num. 12

faciat



faciat infra terminum ſemeſtris ſibi ſpectantis; & hoc facit iure ordinario, ut concludunt Doctores in cap. nemo deinceps: quibus ſex menſibus finitis, quando commendat ad tempus, iure ſuo ſe amplius non intromittet, quia ius ſuum dicitur expiraſſe: ut ibidem concludit gl. fin. & de tali prouiſione, ſeu commenda, quouſque a ſuperiore prouidebitur, habemus deciſionem apud Conc. Trid. ubi loquitur de Vicaria, ponendo Vicarium in Eccleſia uacante.

de elect. lib. 6

c. nemo deinceps, de elect. in 6

Seſſ. 24. c. 8

## *Patroni ſunt uocandi, cùm Eccleſia confertur in commendam. Cap. XVI.*

SEd certè cùm Eccleſia in commendam confertur, uocandi ſunt patroni ſi in ea adſunt, uel alij, quorum intereſſe poteſt prætendi: nam profectò hoc rationi cõgruum eſt, ne ius competens ipſis auferatur ab eis inauditis, & irrequiſitis, cùm Eccleſia ſit cultrix iuſtitiæ.

gl. in ver. commendare, in d. c. nemo, de elec. in 6

c. 1. de alie. fe.

## *Epiſcopus, cùm uiſitat Eccleſias patronatas, de quibus debet ſe informare. Cap. XVII.*

QVicunque autem Epiſcopus, aut alius Viſitator uiſitare uoluerit patronatam Eccleſiam, ſiue iuſpatronatus, quod eſt auctoritas quædam, ſeu ius pręeminentiæ, honoriſve, cõpetens alicui in Eccleſia propter fundationem, dotationem, & conſtructionem in præſentatione Rectoris, & in aliis huiuſmodi, ex gratia conceſſum, In primis aſpiciat, quomodo in huiuſmodi patronata Eccleſia patroni ſe intromiſerint, habendo iuſpatronatus; quod aliter habere non licet, niſi ex modis prædictis, ſcilicet fundatione, dotatione, & conſtructione; aut cum erecta erit Eccleſia, & non habet dotem competentem, & ſufficientem, quis de ſuis propriis patrimonialibus bonis dotauerit eam, aut etiam cùm Papa dominus omnium Eccleſiarum aliquam Eccleſiam, uel plures concedit alicui in vim iuſpatronatus, ut Regibus, Principibus, & aliis dignis, & magnis uiris de Sede

De Eccleſiis patronatis, & ordinandis in eiſdem.

Ius patronatus quid eſt.

c. nobis, de iurepatron.

Ius patronatus ubi conſtituatur.

Conc. Tridẽt. ſeſſ. 14. c. 12.

 Apo-

Apoſtolica benemerentibus: alio modo obtinere, & impetrare nemo poterit. Idq; inſuper diligentiſſimè aduertat uiſitãs, ne bona ipſarum Eccleſiarum patronatarum ſint occupata, & vſurpata per patronum, vel impedita, quominus ab iis, ad quos pertinent, recipiantur. nam anathemati eſt innexus, ſeu innodatus, quouſque integrè non reſtituerit, & abſolutionem a Romano Pontifice obtinuerit; ac etiam priuatus exiſtit ipſo iure patronatus per latam deciſionem Conc. Tridentini, quod etiã ſupra dictum eſt. Et eſt additum hoc dictum in bulla maiori ſanctiſſimi D. N. Gregorij XIII. Quod item intelligendum eſt, ſi iuspatronatus trãslatum etiam fuerit titulo uenditionis, aut alio contra canonicas ſanctiones; quia dicta priuatione, excommunicationeque, ac interdicto irretitur talis. Adaperiat item Epiſcopus ad hoc oculos, dum uiſitat: quia frequenter viſum eſt, uel propter importunitatem patronorũ, uel alia ex cauſa, Eccleſiis patronatis uniri aliquas Eccleſias liberas, ſeu beneficia libera, ut deinde ſub natura iuriſpatronatus beneficiorum exiſterent. Videat ergo Epiſcopus, ſi plenarium ſortita ſit effectum: quòd ſi adhuc non eſt ſecutus effectus, infringat, & irritas declaret ipſas uniones, ut per ſubreptionem obtentas, ne amodo fiant. Sed libera remaneant beneficia, cùm uacant, conferat, non obſtantibus quibuſcunque, etiam quòd fieret conceſſio Apoſtolica auctoritate. Et ſi a quadraginta annis factas inuenerit, & effectum fuerint ipſa ſortita, item reuideat: & in quibus ſurreptionem, aut obreptionem inuenerit, inualidet eas, & annullet; omniaq; uiſitet, diligenter cognoſcendo de noua conſtructione, & dotatione, fraudeq; inuenta, Eccleſiam in ſuam libertatẽ reſtituat, reſtituto patrono ſi quid obtulit, citra tamen præiudicium poſſidentis, etiam ſi ad exemptos facta eſſet translatio ipſius in uim iuriſpatronatus, quia ius Epiſcopo competens diminui non poteſt. Et ſi patroni eſſent domini potentes, Communitates, & vniuerſitates, in quibus potius præſumitur, & ſuſpicatur iuſpatronatus uſurpatum, tunc non contentetur prædictis informationibus, ſed exactiorem probationem exhiberi faciat, & ultra probationẽ temporis immemorabilis, præſentationes etiã continuatas per quinquaginta

Contra uſurpãtes bona eccleſiaſtica.

Seſſ. 25. c. 11

Sup. lib. 1. tra. 4 c. 43

Seſſ. 25. c. 9. §. nec dictum.

Conc. Tridẽt. ſeſſ. 25. c. 9. §. inſuper.

Auctoritas ordinarij uniones a 40. ann. factas ſeparandi.

Sup. lib. 1. tr. 4 c. 13

c. cum ſeculũ. de iurepat.



quaginta annos ſaltem probari faciat. Aliàs omnia in omnibus abrogata faciat declarari, ut ſupra etiam diximus, exceptis his, quę reſeruantur; de quibus hic nunc paulò infra dicturi ſumus.

Sup. lib. 1. tra. 4 c. 14

Conc. Tridẽt. ſeſſ. 25. c. 9

c. mulieres. de iud. in 6.

## *Eccleſiæ poſitæ in patrimonio regum, & huiuſmodi, ſunt priuilegiatæ.* Cap. XVIII.

SEd certè in Eccleſiis iuriſpatronatus regum, principumq;, iura imperij ſui in ſuis dominijs habentium; ſimiliter & in conceſſis in fauorem ſtudiorum generalium, non ſeruantur ea, quæ modò diximus ſupra: huiuſmodi enim Eccleſiæ eſſe immunes ab huiuſmodi ſuperiori inquiſitione uidentur; cùm eas uiſum ſit Tridentinę Synodo inter priuilegiatas eſſe computandas a ſummo Pontifice; & in dubio ipſis non dicitur eſſe derogatum; cùm in multis non derogare, ſed fauere quærat Sedes Apoſtolica. Hæc autem obiter dicta ſint.

Conc. Tridẽt. ſeſſ. 25. cã. 9. §. reliqui.

## *Patronus non poteſt imponere nouum onus in Eccleſia.* Cap. XIX.

ITem inquirendum eſt, ſi in ipſa Eccleſia patronata adeſt aliquod onus, aliquave penſio, & a quo tempore. Poteſt enim patronus in fundatione Eccleſię, cum conſenſu Epiſcopi, penſionem ſibi reſeruare; uel aliam honeſtam apponere conditionem, ut communiter concludunt Doctores. Hoc tamen onus prædictum oportet, ut reſeruatum ſit tempore fundationis, & ante conſecrationem ipſius Eccleſiæ; nam poſtea nullum poteſt imponi grauamen, niſi de tolerata conſuetudine, de candelis dandis patrono. Vnde, ut ſupradicta uera eſſe comprobemus, audi Lucij Papę conſtitutionem, quæ incipit, Pręſenti decreto ſtatuimus &c. Aduocati, ſiue Patroni, ſiue vicedomini, ſiue cuſtodes, uel guardias habentes (iuspatronatus enim aliquando aduocatio, ideſt patrocinium; aliquando vicedominatus, ideſt

Reaſſumit tractatum de uiſitatione, & annectit præſentia ſuperioribus.

c. nobis, de iũ repac.

c. præterea, el 2. de iurepatr. Iuſpatronatus uariis nominibus ſolitũ eſt appellari.

l.iubemus.C. de aduoc. argu.c.draconum. 89. diſt. c.fin.de inſt.c. generali,de elect.in 6. c.quia clerici, per gl... Abb.in c.Preterea, nu.2.& 3.cum ſeq. c.gener.conſt. de elec.in 6.

ideſt uicedominus,habens diſponere, & defendere in utilitatem Eccleſiæ. Aliquando cuſtodia,ideſt dignitas, & præeminentia. Aliquando guardia,& ius. Aliquando frequentationis, proceſſionisque, necnon & gratia aliquando dicitur) ſeu quocunque alio nomine cenſeantur,a grauaminibus Eccleſiarum ceſſare; nihilq; in ipſis præter antiquos,& moderatos red ditus a locorum Epiſcopis inſtitutos exigere: aut ſi aliud exegerint,excommunicationi ſubdantur, & contra imponentem eſt appoſita pœna per Gregorium X.

*Patronus,quando debeat habere alimenta ab Eccleſia. Cap. XX.*

INſuper circa fructuum exactionem eſt quoque animaduertendum,ut Eccleſia habeat neceſſaria in ſuſtentatione rectoris,& prouiſio facienda eſt in neceſſariis occurrentibus. Et ubi Eccleſiam abundare repertũ fuerit,& miniſtros neceſſaria ſibi habere uiſum fuerit,tunc patrono tamen ad inopiam uerſo (non tamen ex culpa, & delictis) prouideri debet,ut alimenta pręſtentur,modeſtè tamen,ſecundum Clementis conſtitutionem.

c.nobis,de iurepatr.

*Quid aliud inquirere debeat Epiſcopus circa Eccleſiam patronatam. Cap. XXI.*

REcognoſcendi ſunt etiam patroni in numero ipſorum,ſ.quo iure,qua portione preſentent. Et ſi ad unum redactum eſt iuſpatronatus, non poteſt is etiam ſi ſit idoneus,ſeipſum præſentare, ſed alium debet nominare ex reſcripto,Per ueſtras,domini Innoc.Papę, cùm debeat eſſe differentia inter præſentantem,& pręſentatũ, & inſtituentem,& inſtitutum,licèt alium compatronum poſſit pręſentare: nam etiam pater præſentat filium idoneum. Item bullę inſtitutionis ſunt diligenter reuidendæ,& regiſtrandę:& a quibus ſit facta pręſentatio; ſi in poſſeſſione iuris pręſentādi ſint iuridicè tales,ne ſint prohibiti,aut priuati eo iure. Eccleſiam

Patronus non poteſt ſeipſũ præſentare. c. per ueſtras, de iurepat.

c.fin. de inſt.

c.cõſuluit.eo. tit.



ſiam enim liberam eſſe, omni iuſto modo procurandum eſt. Et ideò Religioſi, cùm dicantur mortui mundo,non habet ius præſentandi, ſed aliis tum cedit competentibus; quibus deficientibus Eccleſia remanet libera: quamuis practici moderni uelint retineri nomine monaſterij, quādo monaſterium eſt capax proprij in communi,ſiue in priuato;quod quandoque fuit iudicatum,& eſt uerum.

Notent hic viſitatores.

*Præſentatus ab homine præfertur præſentato a fœmina, & quando ſecus. Cap. XXII.*

SEd & ſi diſcordia eſſet inter pręſentatos, quis debet admitti, ut quia patroni ſunt duo, maſculus,& fœmina,præſentatum ab homine admittet Epiſcopus,quia is iure debet pręferri. Sed hoc intelligendum eſt, ſi præſentatus a maſculo eſt idoneus; aliàs Epiſcopus magis idoneum a fœmina præſentatum inſtituere debet. Non ſit tamen is præſentatus Apoſtata: quia pręterquam quòd non admittitur, patronus tunc etiam priuatur ea uice iure præſentandi,ex conſtitutione Pauli Quarti contra Apoſtatas edita, de anno 1558. incipien. poſtquam diuina bonitas. cui ſimilis eſt lex noua ſanctiſſimi D. noſtri Gregorij. 13. Pontificis maximi,de anno 1580. incipiens. In Eccleſiis,quæ eſt annullans collationes factas perſonis prohibitis propter genus, ſeu hæreſim, aut a fide apoſtaſiam,contra ſanctiones, ſtatuta, uel priuilegia a ſede Apoſtolica confirmata. Poſtremo examinandus eſt ſtatus Eccleſiæ, de regimine,paramentis,ędificijs, reparatione; & ſi cura eſt annexa, quomodò bene exerceatur, & ſi beneficiatus ipſe bona alienauerit, & huiuſmodi de quibus,iam ad plenum ſupra dictum eſt.

Bald.in l.1.ff. de ſenat.

gl.in c.paſtor. & c. cũ autẽ, de iurep.

Paul. 4. Sum. Pont.

Patronata Eccleſia,in quib. uiſitanda.

*Eccleſia patronata ſi habet curam animarum, qualiter Epiſc. eam inſtituet, & cui debet Eccleſia committi. C. XXIII.*

SI itaque cura animarum eiſdem patronatis Eccleſiis eſt annexa, non obſtante quòd ſint patronatæ, uidendum eſt, ſi ipſum ius patronatus, ſpectat ad Ec-

Sup.lib.1.tr.4 c.6. & 9

Sess. 24. c. 18. §. cum uerò.
Sess. 25. c. 9. §. quod ſi ad inferiores.
Sup. li. 1. tra. 4 per tot.
Sess. 23. c. 1

Eccleſiaſticum, & inſtitutio ad Epiſcopum; quia tunc præſentabitur, quem patronus inter digniores examinatos ab examinatoribus approbatos iudicabit. Sed quando inſtitutio erit facienda ab alio, quàm ab Epiſcopo, eo caſu ex dignis digniorem eligat, & illum patronus præſentet, ad quem inſtitutio ſpectat, iuxta determinationem Concilij Tridentini. At ſi laici erunt patroni, præſentabunt patroni quem eligunt examinatũ ab Epiſcopo, quem, etiamſi ad inferiores ſpectet inſtitutio, adhuc tamen ſemper ipſe examinabit. Et is profectò aſſumendus ſit idoneus ad adminiſtrationem, & curam animarum ſubeundam. ut reuera paſtor in grege ſit, non lupus inter oues, uigilare aptus, non in ſopore dormitionis. nam & paſtores, ut ſupra diximus, erant uigilantes, & cuſtodientes uigilias noctis ſuper gregem ſuum. Quare ſeruanda ſunt circa hunc præſentatum, quæ circa parrochi officium dicta ſunt ſupra; cùm & iſte teneatur, ſicut & parrochus pro ſuis ſubditis ſacrificium offerre, & prędicatione uerbi Dei paſcere, ſacramentorumque adminiſtratione, bonorumq; item operum exemplo.

## Epiſcopus, quando inſtituet in Eccleſia patronata ſine conſenſu patroni. Cap. XXIIII.

Nota.
c. cũ propter laicorum, de iurepat. c. cum uos, de off. ord.

QVando verò eſt inuenta Eccleſia uacare per quatuor menſes, uel ante, propter neceſſitatem ipſius, propter negligentiam patronorum, uel diſcordias, & lites inter ipſos, aut etiam inter præſentatos, ut ſæpe, ac ſæpius euenit, citra præiudicium patroni in poſterum de rectore (poſt lapſos quatuor menſes) de idoneo Epiſcopus prouideat, quia tunc ei facultatem dant iura prouidendi. In aliis autem caſibus ſemper patronus eſt requirendus, & eius conſilium eſt amplectendum, quia ita dilexit Eccleſiam, ut ei bona ſua conferret.

Epi-



## Epiſcopus, quando poßit transferre Eccleſiam patronatam. Cap. XXV.

NEc quidem eſt ferendum ullatenus ab Epiſcopo, ubi neceſſitas, & ſcandalum imminent; ut ipſe ſinat Eccleſias patronatas dirutas remanere, & diſiectas: ſed ut recuperentur, & reficiantur, operam dare ipſum oportet. At ubi ex fructibus, & redditibus reparari nequeunt, ipſe Epiſcopus traſferat, uocatis primò patronis in Eccleſiam matricem, uel in aliam eiuſdem diœceſis, ſeu uicinię arbitrio ſuo. Fieri. n. ita præcipit Synodus Tridentina. Hoc autem faciat demum Epiſcopus, ſi ex fructibus, & redditibus ad quoſcunque uenientibus, uel per ſubſidium parrochianorũ reſtaurari non poſſint. Nam in primis ad hoc adhibeat diligentiam: quod & ſupra diximus in primo libro.

Epiſcoporum auctoritas in transferen. & reficien. Eccleſiis.
Sess. 21. c. 7
li. 1. tra. 4. c. 22.

## Inſtituti in beneficijs ad præſentationem laicorum, non poſſunt ab ijs remoueri ſine auctoritate Epiſc. Cap. XXVI.

REformandumq; eſt, quod & multi in abuſum traxerunt, ut præſentatos clericos in beneficijs, capellis, altaribus, & per Epiſcopum admiſſos, & inſtitutos, laici non audeant ad libitum remouere, ſine aliquo conſenſu Epiſcoporum, contra determinationem Lateranen. Concilij. Nec enim iuri conſonum eſt, vt laici arbitrij ſui temeritate, & (quod grauius eſt) ducti cupiditate, præsbyteris quibuſcunque abſq; conſenſu ſuorum Epiſcoporum dent Eccleſias, uel conferant, & remoueant ad libitum; cùm nec inſtituere, nec deſtituere eos poſſint. Vnde ſi viſitans in recognitione bullarum inuenerit clericum beneficiatum, & poſſeſſionem uiderit, & ipſam Eccleſiam a manu laici patroni accepiſſe contra canonum regulas, ſine aliqua Epiſcopi ſui inſtitutione, ſeu auctoritate, grauiter in eum animaduertat, & digna per priuationem communionis animaduerſione puniat; & cum perſtiterit, priuet eum miniſterio Eccleſiaſtico, & ordine, ſecundum determinatio-

c. in Lateran. de præben. c. inuentum. 16. q. 7.
c. cum laicus, de iurepat. Clericus accipiens Eccleſiam a manu laici, qualiter puniatur.

c. pręterea, de iurepat. c. relatum. eo. c. cum laicis, eod.

nationem Concilij Lateranenſis ſupradicti, niſi pœnitentia du-
cti patroni, primis remotis, alios præſentauerint, nō tamen ipſi
clerici pręſentati poſſūt patronis beneficiū reſignare, ſed opor
tet, ut ipſimet Epiſcopo renuncient. Quod ſi quis contra fe-

Pręſentati nō poſſunt beneficiū reſignare ſine conſenſu Epiſcopi.

cerit, in eum canonica eſt exercenda ultio. Sed hodie alia
regula eſt obſeruanda, ſcilicet illa a Pio V. edita, de anno 1567.
incipiens, officium creditæ. quæ ad reprimendum fraudem

c. Gonſaldus, 17. q. 2. c. quod in dubiū, de renūc. Pius V.

cupientium renunciare beneficijs, ne quid prohibitum com-
mitteretur, diſponit, coram ordinarijs nullam reſignationem
beneficiorum fieri poſſe quouis quæſito colore, aut admitti,
etiam quod fuerit patronatus laicorum, ſeruatis illis omnibus
diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ. Hæc tamen regula poſtea per
eundem, dum uiuebat, Pontificem, de anno 1568. per aliam
Cōſtitutionem, quæ incipit: Quanta Eccleſię, fuit in multis mo

Cauſæ renunciationis beneficiorum.

dificata caſibus; quibus reſignationes ab ordinarijs admitti
potuiſſent; pręſertim eorum, qui ſunt ſenio confecti, ualitudi-
narij, corpore uitiati, ſeu impediti, crimini obnoxij, cenſuris
Eccleſiaſticis irretiti, ex quibus uel nequeunt, uel non debent

c. niſi cum pridem, de renū.

beneficio ſeruire: ut ingreſſus Religionis, & contractus matri-
monij cum effectu. ſeruatis etiam inſuper alijs per Innocen-
tium diſpoſitis, quæ ſunt, conſcientia criminis; debilitas cor-
poris; defectus ſcientiæ; malitia plebis, graue ſcandalum, ir-
regularitasq; perſonæ. Quæ omnia Viſitator conſiderabit
in viſitatione, An videlicet huiuſmodi renunciandi cauſas in-
ueniat eſſe ueras, quibus reſignantes moti fuerunt, ne ex ſuſpi
tione unius in aliud eueniſſe reperiatur; cum noſtris his tem-

Reſignatio eſt duplex.

poribus multi quæſiuerint non ſubeſſe ordinarijs. Conſide-
rabitque, an pura, liberaq; facta ſit renunciatio, an uerò cum
conditione: nam prima coram Epiſcopo fieri poteſt, ſecunda
uerò non, niſi coram Papa, & in ſuis manibus. Nam ordina-

c. ex parte, de off. del. Bullę ordinū, & beneficiorū ſunt regiſtrandæ. Doct. in c. ordinarij, de off. ord. in 6

rius cum conditione accipere nōn poteſt. Oportet item Epi-
ſcopum inſpicere bullas omnes tam ordinum, quàm benefi-
ciorum, eaq; regiſtrari facere in communi libro, tituloſq; om-
nium, & beneficiorum oſtendere tenentur Beneficiati, ac or-
dinati; ne ordines ſacri ſint accepti extra tempora ſtatuta, aut
ante ætatem legitimam requiſitam; uel ſine literis dimiſſorijs

pro-



Seſſ. 23. c. 8. & 10

proprij Epiſcopi contra canonicas ſanctiones Concilij Triden
tini, quia ſuſpenſio ipſo iure incurritur, & adminiſtrando item
& irregularitas; ut demum ad priuationem beneficiorum iu-
re procedi poſſit; iuxta conſtitutionem Pij Secundi, quæ in-

Pius Papa II.

cipit, Cum ex ſacrorum ordinum collatione. & ſummatim nō
ſolum bullas, ac titulos, ſed & collationis onera, atque penſio-
nem talium diligenter examinare debet viſitator. Nam con-
ferentes, & etiam reſignantes beneficia contra formam præ-

Pœna reſignātium, aut conferen. beneficia contra cōſtit. Pij V.

dictam Pij V. ipſo iure ſunt ſuſpenſi, excōmunicatique, & abſol
ui nullatenus poſſunt, niſi a ſummo Pontifice, per dictam Pij
V. regulam. Penſiones uerò non niſi cathedralibus Eccleſijs,
quarum redditus excedūt ſummā ducat. mille, parrochialibus
uerò, quæ ſummam ducatorum centum, ſecundum uerum an-

Seſſ. 24. c. 13. c. 28. tract. 4

nuum ualorem, imponi debent, ſecundum præfatum Conc. ꝙ
& ſupra diximus libro primo. Nec debent poni penſiones in
fauorem filiorum in Eccleſiis poſſeſſis ab eorum parentibus;

Seſſ. 25. c. 15

quia, ſecundum dictum Concilium, filij naturales clericorum
non poſſunt in Eccleſiis miniſtrare, in quibus eorum pater ha-
bet beneficium. Et habens penſionem, ſi ordinari cupit, con-
ſentiente Epiſcopo, eā extinguere non poteſt ſine licentia eiuſ

Beneficio renunciari non poteſt ſine cōſenſu ſuperiori.

dem Epiſcopi; quemadmodum etiam quis beneficio renun-
ciare non poteſt ſine eius conſenſu. Nā ſicuti ad Eccleſias obti
nendas nemo adintrat ſine licentia prælati, ita etiam eo incon-
ſulto renunciat nemo; quia quando talis acceptauit beneficiū,

c. admonet, de renunc. c. ſi cum pridē §. uerum, eod. gl. incōſulto.

viſus eſt per quaſi cōtractum ſe obligare adminiſtrationi illius
beneficij. Et ſi aliàs facta fuerit renunciatio, canonica ultio,
ideſt ſecundum gl. in citato cap. admonet. ut excommunicatio
contra renunciantes adhibeatur. Puta, ſi admonitus non redie
rit, excommunicandus erit; quanquàm habens primam tonſu
ram, ſuo beneficio uidetur renunciare, faciendo contrarios

c. Ioannes. de cler. coniug. Delinquentes ſunt priuandi beneficiis, ſicut imperiti Rectores. Seſſ. 14. c. 7 Seſſ. 21. c. 6

actus; ut ſi ea omiſſa ſe ſecularibus immiſceat, cùm uideretur
eam habere in uituperium miniſterij Eccleſiaſtici. Quod idem
dicendum eſt de delinquentibus, puta homicidis, necnō & tur
pibus Eccleſiarum rectoribus, & de ante decimumquartum
annum initiatis prima tonſura beneficium obtinentibus, uel ſi
beneficium eſt adeptum ante primam tonſuram, quæ debet

X præ-

præcedere, quod ſæpenumero euenit. Vnde diligenter Epiſcopus ſcrutetur datam ordinum, & ſupplicationis ſignatæ; maximè, quando beneficium in curia eſt obtentum. nam omnium iſtorum ſupradictorum beneficia uacare declarantur per eundem Epiſcopum, aut Viſitatorem; quod & ſupra annuimus. Demum ad hoc etiam aduertendum eſt, nempe quòd admiſſis tandem renunciationibus eis ab ordinarijs, ipſa beneficia reſignata non conferantur alicui ex ſuis ordinarijs, aut conſanguineis, affinibus, familiaribusue reſignantium; ad prohibendum, ne dictę renunciationes fiant ob carnis affectum, & ne conſanguinei, & familiares hęredes quodammodo fiant beneficiorum Eccleſiæ; quod & ſacrum Concilium Tridentinum deteſtari etiam uidetur. Beneficiatus itaque uolens renunciare, debet habere unde uiuat; quod euidenter conſtare, atque approbari debet, (excępto tamen eo, qui renunciat, ut matrimonium contrahat, uel religionem ingrediatur, ſecundum prædictam Pij V. conſtitutionem) ne cogatur mendicare, quia rediret hoc utique in uituperium Eccleſiaſtici miniſterij. Caueat autem renuncians beneficio, ne quo pacto poſſeſſionem, introitus, redditus, fructus in toto, uel in parte ipſius beneficij reſignati amplius tractet, uel ſe intromittat: neque ut procurator, aut mandatatrius; nam incideret in præſumptionem confidentiæ, & pęnis contra ſimoniacos ſtatutis puniretur, iuxta aliam Pij.V. determinationem, incipien. Intolerabilis. de anno, 1564.

lib.1. tr.3.c.25 & trac.4.c.56

Beneficia reſignata, quibus nō poſſint cōferri.

Seſ.25.cap.1

Beneficiatus reſignare uolens, debet habere unde ſe commodè ſuſtetare poſſit.

c. ad ſupplicationem. de renunc.

Beneficiis renūcians, a quibus abſtinere debet, ne in confidentiam incurrat.

Pius V.

*Ius patronatus an poſſit donari ſine licentia Epiſcopi. Cap. XXVII.*

ITem inquirat Epiſcopus, quomodo Ius patronatus ſit in alium tranſlatum, aut interuenerit conſenſus Epiſcopi diœceſani; aliàs pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non poteſt donare. Tamen cum moderatione procedit hoc aliquando, ut ſi donatio facta fuerit compatrono, ualet. Tunc enim cum non ſit noua perſona, ualet omninò, ſecus tamen eſt in extraneo. Nec

c. quod autē, de iurepat.

Abb. in c. ex inſinuatione, de iurepat.

item



item ſit tranſlatū ipſum ius patronatus titulo uenditionis cōtra ſacros canones. Et ubi viſitans ſic inuenerit, declaret patronum priuatum ipſo iure & excommunicationis, & interdicti pœnis ſubijciantur, iuxta ſacroſancti Concil. Tridentini decreta. Secus tamen erit, ſi generaliter ſub nomine vniuerſitatis translatum fuerit; non facta de ipſo iurepatronatus mētione, quia tunc bene dicetur translatum, etiam ſi ſub utili dominio tantum; ut ſic cum vniuerſitate uideatur tranſire ſecundum Alexandri conſtitutionem, & D. Abbatem in cap. Quanto, de iudicijs.

Iuſpatr. tranſferri non poteſt.

Iuſpatronatus an tranſeat cū uniuerſitate.

c. ex literis, de iurepat. Abbas.

*Ius patronatus an ueniat in confiſcatione bonorum facta per iudicem laicum. Cap. XXVIII.*

PRæterea ubi patronus deliquiſſet, per quod delictum iudex ſecularis bona eius confiſcat, procuret Epiſcopus omnino Eccleſiam remanere liberam, non enim tranſit ius patronatus in fiſcum propter patroni delictum, ſecundum Abb. in cap. Quanto, de iudicijs. licèt aliqui dicant, quòd ſi ius patronatus eſt tranſitorium ad hæredes extraneos, tunc uadat in Fiſcum cum uniuerſali confiſcatione bonorum, aliàs non. Iam nunc finem accipiat hic tractatus de iure patronatus, de quo qui alia deſiderat, uideat quæ ſupra diximus lib. primo tractatu quarto. per totum.

Abb. in c. quāto. nu. 11. de iud.

Clar. in pract. crim.

lib.1. trac.4. & c.11. cū ſeq.

# DE VISITATIONE MONASTERIORVM, Monachorumque, ac Regularium perſonarum,

## *Atque de in eiſdem, & circa eoſdem ordinandis.*

# Tractatus Sextus.

## ANNOTATIO SINGVLORVM CAPITVM Sexti Tractatus.


1 *Quæ monaſteria ab ordinarijs locorum ſint uiſitanda.*

2 *Epiſcopus uolens uiſitare monaſteria, ſi hoſtia ei claudantur, quomodo procedet.*

3 *Quæ inquirenda ſint in uiſitatione monaſteriorum.*

4 *Viſitator ſiue Epiſcopus quos alios defectus Prælatorum regularium uiſitare, aut (ſi mauis) ſupplere debet.*

5 *Quæ Epiſcopus inquirat in uiſitando monaſteria curam animarum habentia.*

6 *Capellanus per monachos Epiſcopo præſentatus, quam portionem habebit.*

7 *Monachi exiſtentes extra monaſterium an poſſint cognoſci ab ordinarijs.*

8 *Monachi extra monaſterium degentes in quibus conueniantur coram Epiſcopo.*


*Quæ*



### *Quæ monaſteria ab ordinarijs locorum ſint uiſitanda. Cap. I.*

SI ea monaſteria, in quibus uiget regularis obſeruantia; qualia ſunt illa præcipuè in primis quatuor mendicantium, ſancti Dominici, ſancti Auguſtini, ſancti Franciſci, & Carmelitarum, ac deinde omnium regularium, profeſſionem emittentium, minimè ab Epiſcopis, & ordinariis locorum ſunt uiſitanda; niſi talium Regularium ſuperiores ab Epiſcopis paternis admonitionibus admoniti, ut regularia eorum inſtituta, ac debitam uiuendi rationem obſeruent, ac obſeruari faciant, & ſubditos in officio contineant, ac moderentur; intra ſex menſes non uiſitauerint eos, uel correxerint; quia tunc Epiſcopi, etiam Legati Sedis Apoſtolicę eos uiſitare poſſunt, & corrigere, prout ipſi ſuperiores poſſunt, iuxta eorum inſtituta, quibuſcunque appellationibus, priuilegiisq; non obſtantibus, & exemptionibus pęnitus remotis, ac niſi etiam huiuſmodi regularium monaſteria animarum curam annexam habeant ſecularium perſonarum: eo etenim caſu, quoad ſacramentorũ adminiſtrationem, & ad adminiſtrantis perſonam uiſitare hęc duo, & opportunis remediis circa ambo prouidere poteſt Epiſcopus: ergò alia monaſteria, in quibus non uiget regularis obſeruantia, omni cura, ac diligentia uidentur eſſe uiſitanda; quia ſi cognouerimus, quæ minimè ſunt uiſitanda, ſimul intelligemus quę profecto ſunt uiſitanda.

Conc. Tridẽt. ſeſſ. 21. c. 8.

Seſſ. 25. c. 4.

Epiſcoporum in omnia monaſteria auctoritas.

§. j. inſt. de his qui ſunt ſui, uel alien.

### *Epiſcopus uolens uiſitare monaſteria, ſi oſtia ei claudantur, quomodo procedet. Cap. II.*

QVoniam autem in uiſitatione monaſteriorum euenire poteſt, ut ſuperiori uolenti uiſitare oſtia claudantur, & uis inferatur, recuſando obedientiam præſtare, nec iugum Chriſti patienter uelle ferre: ideo opportunè quęrendum uidetur, ſi ipſa oſtia poſſint per ſuperiorem frangi etiam uiolenter. Vel ſit procedendum contra ipſos monachos, uel moniales per cenſuras Eccleſiaſticas; & uidetur innuere Clemens

Clem. ad noſtram, de cenſ. gl. in c. j. de im mu. ecc. c. cum uenera bil. de cenſib.

mens Papa, qui narrans in primis exceſſus in uiolenter frãgen dis ualuis monaſteriorum, poſtmodum eos in fine fieri prohi bet. Ad quod dicendum eſt, attenta cauſa iuſtiſſima; quòd nõ eſt inconueniens ad aliam, & quidem veriorem opinionem accedere, uidelicet, quòd ſuperior impeditus procuret oſtia frangi, etiam inuocato auxilio brachij ſecularis, ſecundum multos Doctores, maximè Abbatem, poſt Innoc. Id enim lege fit permittente. Non obſtat dictum Clementis, & aliorum, qui uolunt incurri in excommunicationem, ſi oſtia frangantur; quia illud intelligitur de effractoribus, nullam iuriſdictionem haben tibus, & aliis ſimilibus, extra caſum viſitationis: Et non de Epiſcopo viſitante, qui uenit ad corrigendũ, & procurandum obe dientiam Eccleſiæ, & eius prælato præſtandam. Imò hoc etiam in rebus prophanis licere uidetur, ut unicuique ſui, ſuorũque, & rerum uiſa ſit naturalis, & iuſta defenſio, maximè autem iudi cis, ſeu iuris ſibi fauentis, ſecundum Doctores. Quare quamuis ſuperior habens iuriſdictionem, non debeat uiolenter intrare, poteſt tamen ſuam iuriſdictionem defendere etiam cum armis, utendo verbis cum enſe, ut pro poſſe defendat ſe, iuraq; ſuæ Eccleſiæ. Et ſatis dicitur offenſus, cùm ei reſiſtitur. Imò uiolata eſt tota Eccleſiaſtica iuriſdictio, cùm prælatus procurãs ſalutem animarum iniuria afficitur. Vnde propterea Epiſcopus poteſt & ipſe ſic prouidere, dando exemplo, ut uis inferatur rebus, frangendo uiolenter oſtia, & fabricas: ac in perſonis, eas caſtigando de exceſſu inobedientiæ, quia reſtiterunt ſalubribus mandatis prælati Eccleſiæ cum reatu animæ. Bonum tamen erit, ſi Epiſcopus cognoſcat poſſe ſuperare reſiſtentiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ne ad actum uiolentiæ perueniatur propter ſcandalum, quod aliis infertur, hoc uti gladio, & remedio. Si autem non ſperatur ſic poſſe ſuperari eorum obſiſtentiam, principiis tunc eſt obſtandum, quia

Abb. in c. cum Vitoric. n. 14. de elec. in ſup. d. c. cum uene rab. de cenſ.

Defẽdere res ſuas unicuiq; licet. in l. 1. §. nuntia tio. ff. de no. o. nunc. c. olim. el 1. de reſt. ſpol.

Superior poteſt defendere iuriſdictionẽ ſuam cum armis.

Vis poteſt inferri rebus, & perſonis.

Verſus.

„ - - *Serò medicina paratur,*
„ *Cùm mala per longas conualere moras.*

Examinando diligenter reſiſtentes, & ubi ex una parte, ſeu reſiſtentia illud procedere uiderit, ad aliarum exemplum, grauiter in eam animaduertat, per priuationem, & carcerationem, &

publicas



publicas pœnitentias; & eò fortius, cùm inuenerit campanas pulſatas, all'armi. quòd ſæpe euenire ſolet. Et hoc faciet Epiſcopus, licèt ex delicto unius omnes puniantur: quia, referente Hieron. uno peccante, ira Dei deſuper populum uenit.

c. non ociosè, diſt. 45

## *Quæ inquirenda ſunt in viſitatione monaſteriorum. Cap. III.*

CVm autem per Epiſcopum auctoritate ordinaria, aut per alium facultate delegata, fiet uiſitatio in monaſteriis, inquirendum in primis eſt de qualitate monaſterij, uidelicet: Cuius regulæ profeſſio ibi fiat, & ſi ea tempore debito ſeruetur. Quot ſint monachi, uel fratres: ſi iuxta numerum inſtitutionis; ne ſi pauciores, uel plures fuerint, fundatoris intentio defraudetur; uel quia requiſiti omnes eſſe nequeant propter diminutionem eleemoſynarum, uel reddituum. Si per omnes obſeruatur regula profeſſa, præſertim circa uota eorum ſubſtantialia, uidelicet obedientiæ, paupertatis, & continentię. Item ſi Miſſæ, & horę canonicæ celebrantur ſuis temporibus, & horis debitis, omneſq; conueniant: Si officiales cuiuſcunq; gradus munus ipſis iniunctũ fideliter obſeruent, & exerceant, quibus ab aliis debita præſtetur obedientia. Fructus, redditusve deſcribantur, quomodo, & in quibus conſiſtant, & qualiter expendantur. Vbi in communi poſſident. Quod alienum a regula inuentum fuerit, corrigatur; attenteque componatur tam circa pecularia uota, quàm pertinentia ad omnem uitam, uictum, & ueſtitum, ex præmemorati Tridentini Concilij decreto. Vnde piè quidem factum eſt a prædicta ſancta Synodo, ut monaſteria ſuis quidem temporibus ab eorum ſuperioribus uiſitentur: ut ſalubri ordinatione diſponatur ſuper eorum quiete; & ſic in eorum receſſibus, & receptaculis nulla popularis præbeatur occaſio conuentus, multitudinis, aut parlamenti: quia non expedit animabus eorum: hoc enim fieri perneceſſarium uidetur, cùm pro uarietate temporum, & perſonarum multa indies in ipſis monaſteriis occurrant,

Conc. Tridẽt. ſeſſ. 25. c. 1. Regularum præſcripta ſeruari mandatur.

Seſſ. 25. c. 1. Viſitationes monaſteriorũ ſuis tẽporibus omitti nõ debent.

Seſſ. 24. c. 4

c. luminoſa, 18 q. 2.

quę

quæ decet in melius reformari, quia quot capita tot ſunt ſententiæ,& diuerſitatem (ait Innocent.) corporum diuerſitas ſępe ſequitur animorum. Quę omnia rectè profecto geri ſolent, ſi capitula in ipſis monaſteriis, ſæpius, ut debet, frequententur, ut quæ ad obſeruantiam prædictorum, & regularis uitæ pertinent, obſeruentur; in eiſdem legendo regulam pro eius obſeruantia,& ſingula diſcurrendo, quę firmam reddunt ipſam regulam: habendoq; præ oculis, ne libertates ipſorum monaſteriorum opprimantur, aut a malis uicinis moleſtentur. Fauor enim religionis multum militat, ne domus orationis fiat domus negociationis; nec temporalia negocia in Eccleſia ſua fieri Dominus patitur; ne ulla mala conſuetudine, aut ſeruilibus oneribus ſubiiciantur. Sed cùm monaſteria ſint multa,& uariæ eorum inſtitutiones,& regulæ etiam unius fundatoris, & ſuos habeant ſuperiores. Ideò Epiſcopi in uiſitationibus ſuis non aliter ſe intromittent in ipſis, propter multa priuilegia unicuiq; Regulæ conceſſa; quæ indies fuerunt ampliata, propter illam cōſtitutionem, quam, Mare magnum, appellant ipſi monachi, & fratres, ampliatam per Pium V. de anno 1567. licèt poſteà ad terminos iuris communis cum Concilio Tridentino reduxerit. Relinquant ergo Epiſcopi hanc uitandi ſollicitudinem ipſis regularibus ſuperioribus, qui perambulent ciuitates, & prouincias, gerantq; earundem curam; habent enim ex Concilio Tridentino hanc facultatem, atque auctoritatem. Poſſunt tamen Epiſcopi per uiam, exceſſus eorum corrigere, quuandoq; iure proprio ex conſuetudine, uel delegatione ſanctiſſimi Domini noſtri. Sic tamen illlos in viſitatione poterunt Epiſcopi monere iuxta dicta Cornelij, ut ſcilicet ſint pauperes ſpiritu, & non elati, mites animo,& manſueti, non iracundi: diligentes, ſed non curioſi; religioſi, ſed non ſuperſtitioſi; pacifici prorſus, & nullo pacto contentionem amantes: ita ut populos noſter exemplum ab illis accipiat, & odorem uitę in uitam, non in mortem; propter eorum laudem glorificetur, non blaphęmetur nomen Dei.

de conſ.diſt.2 c.ſicut in. c.quia, de con ceſſ.præb.

Capitula in monaſteriis ſūt ſępius frequentanda.

Libertates monaſteriorū nō ſunt opprimendæ.

Matth.21

Conc.Tridēt. ſeſſ.25.c.20.§. decernit.

Epiſcopi in monaſt. regularium, quomodo ſe intromittant.

Nulla priuilegia, nec etiam mare magnū, obſtant.

Seſſ.25.c.22

Seſſ.25.c.8

Viſi-



*Viſitator, ſiue Epiſcopus, quos alios defectus prælatorum regularium viſitare, aut (ſi mauis) ſupplere debet.*
*Cap. IIII.*

ET ſi in omnibus ferè monaſteriis ſit exēptio ab Epiſcoporum iuriſdictione, ſunt tamen ab eorundem ſuperioribus multa reformanda; & in multis Epiſcopi etiam procedere poſſunt, remouentes antiquum,& ſolemnem ſtatum illum religionis; & primò circa omnia monaſteria, quæ generaliter capitulis, aut Epiſcopis non ſubſunt, ſed ſub immediata Sedis Apoſtolicæ ſunt protectione, poteſt Epiſcopus ſupplere defectus eorum Abbatum, ſeu Priorum huiuſmodi prædictorum monaſteriorum, qui de triēnio in triennium non fecerunt in Regnis, & prouinciis capitulum, ſeu congregationem, eoſdem pro congregationibus, ac ſtatutis erigendis, ac ſtatuendis, tanquàm ſedis Apoſtolicæ delegatus conuocans,& in huiuſmodi congregationem redigēs. Secundò in hoc etiam talium ſuperiorum regularium defectū ſuppleat Epiſcopus; uidelicet, ſi ſuperior non euocet monachum vagabundum, poteſt Epiſcopus loci reuocare illum, ſupplendo negligentiam ſuperioris illius; quia uagatio monachorum,& religioſorum periculoſa eſt, ſecundum Gregorium; & ideò fugitiui ſunt requirendi,& cogendi, ut ad monaſteria ſua reuertantur. Tertiò, ſi regulares debitam uiuendi rationem amiſerint, procurare debet tūc Epiſcopus, ut ipſam aſſumant, ſecundum regularia ſtatuta; & ubi per ſex menſes eorum ſuperiores admoniti non uiſitauerint,& (ut dictum eſt) correxerint, Epiſcopus, tanquàm Sedis Apoſtolicæ delegatus, poteſtatem habet uiſitandi,& corrigendi: ſeruata tamen eorū ordinū inſtitutione. Quartò, ſi nouitij aliqui tempore faciendę profeſſionis eam non fecerint, ſed ante profeſſionem a monaſteriis, ad ſeculum redierint, non habuerint omnia ſua bona, quæ ſecum ad monaſterium detulerunt,& in hoc negligētes ad reſtituendum fuerint ſuperiores monaſteriorum, tūc Epiſcopus, etiā per cenſuras Eccleſiaſticas ſupplebit eorū defectū, in hoc,

c. in ſingulis, de ſta.mon.

Monaſteria ſubdita ſedi apoſtol. uti ſunt gubernanda.

Exempti conſtituant congregationem.

Epiſc. quando poſſit reuocare monachum uagabūdum.

Abb. in c.quāto, de off. or. c.ne religioſi, de regular.

Epiſcopus uti cogat monachos ad aſſumen. debitam uiuendi regulam.

Seſſ.21.c.8

Nouitij ante profeſſionem uolentes redire ad ſeculū, debent habere ſua bona, aliter Epiſcopus cogat.

Y com-

Seſſ.25.c.16 compellens eos reſtituere dicta bona nouitiis,ſecundum Con-
cilium Tridentinum. Quòd ſi ex alia cauſa quis habitum ſu-
ſceptum dimittere uoluerit, prætendens fortè per uim acce-
Præſcriptio an piſſe, poteſt intra quinquennium a die profeſſionis cauſas,
norũ quinque quas prætendit, coram ſuo ſuperiore, & item coram ordina-
ad dicen. de coacta profeſ rio proponere; quibus diſcuſſis, & probatis,admittitur ad re-
ſione. linquendum habitum ſuſceptum,ſecundum idem Concilium.
Seſſ.25.c.19 Quintò ſi ſuperiores in ſuis monaſterijs non prouiderent de
lectione ſacræ ſcripturæ,& legi eam non fecerint, tunc ſupple-
Lectio ſacræ bit Epiſcopus loci; ut omnino habeatur in eis lectio talis ſa-
ſcripturæ in cræ Theologiæ, ſeu ſcripturæ, ubi maximè id commodè fieri
monaſtetio eſt habenda. poterit. Sextò, ordinarius non tantum ſupplet negligentiam
Seſſ.5.c.1 Abbatis non reuocantis monachum uagabundum, ſed etiam
non cogentis illum renunciare omne proprium in manibus
c. quanto, de eius,iuxta Innocentij conſtitutionem. Septimò, ſi monachus
off.ord. intra clauſtra degens, ſed extra diliquens, ſi non punitur ab
De Regulari- eius Prælato, de hoc prius ab Epiſcopo per literas admonito,
bus puniẽdis. tunc Epiſcopus poteſt eum punire, faciens illas literas requi-
ſitorias ſcriptas in pręſentia duorum teſtium aſſignari, ſecun-
Seſſ.25.c.14 dum Concilium Tridentinum, quod & ſupra diximus libro
c.61.tract.4 primo. Octauò, ſi parrochialis Eccleſia quæ pleno iure ſpe-
ctat ad Abbatem, & conuentum, non conferatur per Abba-
c.2.de conceſ. tem infra tempus præfixum a Concilio Lateranen. ſcilicet ſex
præb. menſium, tunc Epiſcopus ſupplebit negligentiam Abbatis,
ſeu conuentus,conferendo illam regularibus illius monaſte-
rij, ſi ſolita eſt regularibus conferri. ſi autem ſolita eſt dari
ſecularibus,illam ſecularibus conferat auctoritate ſua Epiſco-
pus: ſi autem exempta eſt huiuſmodi Eccleſia, conferat aucto
Clem.quia re- ritate Apoſtolica ſecundum diſpoſitionem Clemen. Quia re-
gulares,de ſup gulares,de ſupplenda negligentia Prælatorum. licèt potius de
plen.neglig. Seſſ.25.c.21 regularibus uideatur diſponere Concilium Tridentinum.Re-
liqua huiuſmodi Epiſcoporum, pro negligente regularium
Prælato ſupplementa, tibi,Lector Reuerendiſſime, obſeruan
da relinquo. Hinc ad viſitationem monaſteriorum, ſeu Ca-
pellarum regularium curam animarum habentium,tractatum
noſtrum accipiamus,dicentes.

Quæ



## *Quæ Epiſcopus inquiret in uiſitando monaſteria curam animarum habentia. Cap. V.*

INquiret autem viſitans ipſa monaſteria, ſeu earun- c.omnes baſi-
dem capellas curam animarum habentes,in primis licę.16.q.7
de fundatione ipſarum capellarum, & ſuperiorita- Seſſ.25.c.11
te: de inſtitutione capellani illius, & de eius ſuffi-
cientia, modo, formaq; regiminis: deq; ſacramentorum ad-
miniſtratione, de libris, & ratione ipſorum, uita populi, &
neceſſarijs pro ſalute animarum ipſius populi; ſi capellanus
paſcat illum uita, & exemplo, docendo alios ad inſtar Archi- Seſſ.5.c.2
præsbyteri. Et ſi capellanus eſt monachus,quòd obſeruet vo-
ta ſuę religionis, nam ab his quæ ſunt compatibilia, eſt obli-
gatus: ſecus ab alijs; ſic de eſu carnium, habituque; & quòd Clem.1.de ce
dicat debitum officium cum puritate conſcientiæ: bona non leb.miſſ.
diſſipet; celebret frequenter: per uillas, & plateas non com-
moretur; Eccleſiæ, cappellæve libertatem defendat, nec lai-
corum conuenticulas, ſeu parlamenta fieri faciat, cum aliis
(ut ſupra diximus) neceſſarijs ad habentes curam animarum,
uel Eccleſię reparationem, & ſepulturæ, ſi adeſt, pro ſatisfa-
ctione defunctorum. A prędicta tamen viſitatione immunes Priuilegia clu
ſunt,atque exempti parrochi Cluniacenſium, & aliorum Ab- niacẽſium, &
batum,& Generalium, ſedem ordinariam principalem,uel iu- quorundã ſal-
riſdictionem Epiſcopalem, & temporalem, in parrochos, & ua ſunt.
parrochianos habentium, ſeu exercentium,ſecundum deter-
minationem Concil. Tridentini.Parrochi autem,aut capella- Seſſ.25.c.11
ni prædictorum monaſteriorum ad Synodum Epiſcopi acce- Monachi,quã
dere debent non reſpectu ſui,ſed ratione populi, qui Epiſco- do uenire debent ad Syno
po ſubeſt. Prouideat item viſitans, ubi commodè fieri po- dum Epiſcoporum.
teſt,ut dictus parrochus,ſi eſt monachus,habeat ſecum alium c.1.de ſta.mo.
monachum ſociũ,ſecundum conſtitutionem Innocentii,qua- c.quod Dei,
ſi in teſtem regularis uitæ, & cum quo conferat ſolita obſer- eodem.
uari ad regulam: Aliàs aſſumat normam ab ipſis clericis de
pertinentibus, non ſolum ad Eccleſiam, ad quam aſſumptus
eſt,ſed ad modum uitæ.

 Capel-

## *Capellanus per Monachos Epiſcopo præſentatus, quam portionem habebit.* Cap. VI

Caeterum ipſi Capellano, ſeu Vicario per Monachos præſentato, & per Epiſcopū inſtituto, dabitur portio capellaniæ, quādo redditus ſunt, ex ipſius fructibus arbitrio Epiſcopi, ex generali decreto Conc. Trid. non obſtante quacunque Pij Quarti conſtitutione, incip. Ad exequendum paſtoralis officij debitum, de ann. 1567. per quam certa eſt determinata portio, quia D. Papa Greg. xiij. ad præſens ſummus Pontifex reduxit ad primam ſacri Concilij prædicti allegatam deciſionem. Et talis monachus pręſentatus per Abbatem Epiſcopo, & ab ipſo inſtitutus non poteſt amplius remoueri per Abbatem, ſine cauſa legitima, non obſtantibus quibuſcūque: nec dicitur venire contra obedientiam. Si autem fuerit dilapidator bonorum Eccleſiæ, uel uiuat incontinenter, aut quid ſimile dignum remoueri committat; aut etiam pro neceſſitate maioris officij de conſilio fratrum, cum habito Epiſcopi conſēſu, poterit Abbas illum remouere, prout diſponit Bonifacius Papa. Ex quibus ſupradictis poſſumus colligere, quòd talis prædictus monachus ad regimen alicuius Eccleſiæ ſic poſitus, curam animarum habentis, per Epiſcopum inſtitutus, ſi delinquat, poteſt per ipſum Epiſcopum puniri, & priuari Eccleſia, eiuſq; cura, ſicut alius quilibet Epiſcopo diœceſano ſubditus, per deciſionem c. poſtulaſti, de fo. comp.

Seſſ. 7. c. 7
Seſſ. 25. c. 16
Monachus p̄ſentatus per Abbatem, & ab Epiſcopo inſtitutus, nō poteſt remoueri amplius per Abbatem.
c. 1. de capell. monac. in 6.
Monachus poſitus parrochus, ſi delinquit, a quo punitur.
c. poſtulaſti, de fo. comp.

## *Monachi exiſtentes extra monaſterium, an poßint cognoſci ab ordinarijs.* Cap. VII.

Extra uerò monaſteria ſtantes monachi, & delinquentes, in locis ordinariorum, puniuntur ab ipſis ordinariis, ita ut exemptio nulla eos ab huiuſmodi punitione liberet: prout expreſsè ſtatuit ſummus Pontifex, declarans ratione contractus, & delicti, reiq; ſitę, exemptos, & priuilegiatos ab ordinariis cognoſci, ideſt ab eis, in quorum loco, & iuriſdictione ipſe monachus extra manens reperitur. Quæ con-

c. 1. de priuil. in 6.
c. quanquam. de cenſu. in 6.



conſtitutio reuocata eſt etiam a ſanctis patribus ſacri Concilij Trid. & diximus etiam ſupra lib. 1. c. 61.

Seſſ. 7. c. 14
Sup. tr. 4. c. 61

## *Monachi extra monaſterium degentes, in quibus conueniantur coram Epiſcopo.* Cap. VIII.

At vbi aliqui ipſorum monachorum extra monaſteria de ſuperiorum licentia degunt, non propterea eximuntur a poteſtate ordinariorum, quin coram ipſis conueniantur in cauſis ciuilibus, mercedum maximè, & miſerabilium perſonarum, ut ad ſoluendum cogantur ab eis, quibuſcunque non obſtantibus, per nouam dicti Concil. Tridentini deciſionem; ut ſic pauperum miſeriis ſubueniant ordinarij, ne fatigentur propter prætenſa priuilegia: nam priuilegium particulariter conceſſum, ut quis non, niſi corā uno tantum iudice conueniatur, non prodeſt, quin ratione delicti, contractus, & rei ſitæ, poſſit coram aliis conueniri, per dictam primam Decretalem. Vnde diſcutiendum ſemper eſt priuilegiū exemptorum omnium quorumcunque: quia eius uerba ſunt attendenda, & quodlibet uerbum eſt operatiuum, maximè quando verba ponuntur gratia ampliandi, & concedendi. Inſpicienda ſunt ergo a uiſitantibus quibuſcunque omnium Eccleſiarum priuilegia, & ipſorum tenor eſt diligentiùs attendendus, dicit Alexander Papa in ſua Decretali ad Iud. Ap. Sed. Legat.

c. ... de priuil. in 6
Seſſ. 7. c. 14
Priuilegiū cōceſſum de certo iudice, non procedit indifferenter.
cap. 1. de priu. in 6
Priuilegij uerba ſunt attendenda.
c. ſi Papa, de priu. in 6
c. recepimus. de priuil.

## DE VISITATIONE MONIALIVM, ET EARVM REFORMATIONE.

# Tractatus Septimus.

### ANNOTATIO SINGVLORVM CAPITVM Septimi Tractatus.

1 *In viſitatione monialium quænam inquirenda ſint.*
2 *Epiſcopus poteſt viſitare indiſtinctè omnia monaſteria ſibi ſubiecta, & non ſubiecta, quoad clauſuram.*
3 *Nemo debet ingredi clauſtra monaſteriorum monialium.*
4 *Monaſteria exiſtentia extra vrbem ſunt reducenda intra.*
5 *Moniales, a quo accipere debent alia ſacramenta.*
6 *Moniales non debent eſſe plures, quàm uiuere poßint.*

### *In viſitatione monialium quænam inquirendæ ſunt.* Cap. I.

CVM nihil ſit gratius Deo uirginibus, nihilq; magis charum habetur, quàm virgines ſeruare caſtitatem, & propterea virginitatem cum humilitate admiratur ſancta mater Eccleſia, & continentiam cum caſtitate eſſe religionem Deo acceptiſſimam dicit, cum & uirginitas repleat Paradiſum; de quibus omnibus in expoſitione hymni, qui incipit: *Cumq; viuere in carne præter carnem, non ſit quidem terrenum, ſed potius Angelicum:* & proinde ſit ſic difficillimum viuere; ideò ubi maius eſt periculum, ibi cautius eſt ab Epiſcopo agendum, uidelicet erga Chriſti ſponſas, ut quocũque pergit Chriſtus, uirgines eum laudibus ſequantur, & hymnis. Quare diligenti perſcrutatione in hac ſacrarum monialium viſitatione inquirendum eſt, ne quid ſit inductum in earũ diſciplinam, quod non pium dicatur, & ſanctum, cùm Deo, non hominibus deſponſatæ ſint. Ideò nihil, niſi quomodo Deo placere poſſint, ſtudere debent. Et quot igitur ſunt profeſſæ, examinentur, & quot nouitiæ; & ſi tempore præſcripto fiat profeſſio, ſi habitus profeſſarum, & nouitiarum ſit diſtinctus; ſi obſeruant regulam, quam profeſſę ſunt, maximè circa ſubſtantialia, uidelicet, paupertatem, obedientiam, & continentiam; ſilentia, ieiunia, & eſus carnium, (extra caſum tamen neceſſitatis) abſtinentias, ſi ueſtes debitæ, ſi tempore debito celebrent officia: An omnes conueniant, ne ſit aliqua recepta per ſimoniã; ſi habent debitam clauſuram; ſi portæ clauduntur tempore cõgruo, & hora conuenienti; in quibus ipſæ ſe exercent, ſi habẽt conuerſationes ſuſpectas, qualiter Abbatiſſa, Vicaria, & aliæ præfectæ officium ſuum compleant. Qualiter ſe gerat Confeſſor, præcipuè in nouitiis, ut ſit intentus, & modeſtus in honeſtate locutionis, & conuerſationis; habeant libros honeſtos, non recipiant litteras ſecretas, niſi primùm a præfecta Præuideantur. Regulam cuſtodiant, & in menſa ſemper legant, non nutriant canes, aut aues; non dormiant ſimul plures moniales, & cellę poſſint ſemper ab Abbatiſſa uiſitari; & melius in communi dormitorio, & de nocte ſint luminaria, ſit infirmaria, nulla utatur pannis ſumptuoſis, aut foderatis. Prohibeantur colores, ſpecula, neque pigmento uti liceat, quia Chriſtus eſt earum ſponſus. Fugiant tripudia in feſtis, & in ipſarum benedictionibus, in quibus ceſſet ſuperfluus modus expenſas faciendi tam circa Epiſcopum conſecrantem, quàm circa alios, dum habitum regularum præſtant; uel profeſſionem emittunt. Comedant in communi refectorio, nec aliqua ſine licentia ſuperioris extra comedat. Et ubi magnates, & generoſæ ſunt, ſicut ceteræ in obedientia perſiſtant: ne ſcandala, diſcordias, rixas, diſſenſioneſuè ſeminent; & ſi incorrigibiles exiſtunt, in arctius monaſterium detrudantur. In quibus attendendum eſt, dum eis neceſſaria ſubminiſtrantur, ne ſuperfluis cibis deditæ ſint. Muſicis inſtrumentis non utantur, nec colloquiis prophanis ſe maculent, orationi uacent, & alias conſorores ad id faciendum excitent. Hæc Sarnenſis Epiſcopus: Nunc Bituntinum Antiſtitem audi. Viſitabimus, inquit, noſtras ſanctimonlales; prouidentes

32.q.j.nuptię. | lib.4.hym.26 | c.ubi, de elec. lib.6 | c. ſuper eo. de regul. | Abbatiſſa, de quibus examinanda ſit a uiſitatore. | Clem. Attendentes, de ſta. regul. | c. fucate, de cõſec. diſt.5. | c. ſi qua monialiũ. 27.q.1. | Corn. Epiſco. Bitunt.

uidentes per Dei gratiam, ut ſint ſimplices corde, ore, & opere; ut nihil ſit in eis fictum, vel fucatum; ut orationibus uacent, ut colloquia mulierum vitent, ut virginitatem illam illibatam matris Dei nunquam non recogitent, & in illius admiranda, atque incomparabili humilitate, Deo ſoli placere ſtudeant. Hęc autem ad ſupradictas facta inquiſitio uenit ab Epiſcopis facienda in monaſterijs tantum exemptarum monialium, & non in illis monaſterijs, quæ regularibus commendata ſunt a ſummis Pontificibus; uel per diſpoſitionem fundatorum alijs, quàm ordinarijs gubernanda, & regenda conceſſa, ſeu relicta ſunt.

Monialiũ monaſteria, quæ exépta ſunt, ab Epiſc. uiſitanda ſunt.

*Epiſcopus poteſt viſitare indiſtinctè omnia monaſteria ſibi ſubiecta, & non ſibi ſubiecta, quoad clauſuram.*
*Cap. II.*

LIcèt autem aliqua ſanctimonialium monaſteria a regularibus regantur, & gubernentur, & ſub eorum cura, & cuſtodia relinquantur, ferè in omnibus, & ſic alteri, quàm Epiſcopo ſunt ſubiectę, non obſtat tamen, quin ipſe eaſdem circa clauſuram poſſit viſitare, cognoſcere, & prouidere auctoritate Apoſtolica, iuxta Concilij Tridentini decretum: Et propterea moniales quoque ſanctæ Claræ Epiſcopus uiſitabit, & gubernabit auctoritate ordinaria; licèt primum ex conſtitutione Pij.V. quæ incipit, Ad perpetuam, de anno. 1568. fuerint Generali miniſtro conuentualium in curam, & cuſtodiam traditæ; quamuis etiam huiuſmodi conceſſio in aliquibus quoquo modo ſortiretur effectum, ob id quòd Rex aliquis haberet eorum protectionem, ut Neapoli in magno illo monaſterio ſanctę Claræ, ac monaſterijs Magdalenæ, & Marię Aegyptiacæ; quæ per diſpoſitionem Regis Roberti fundatoris eiſdem fratribus ſancti Franciſci de obſeruantia, adminiſtranda, & gubernanda relicta fuerunt. Et ſic illa Pij V. conſtitutio nõ ita proceſſit in aliquibus partibus, ut tamen huiuſmodi moniales non venirent in priſtinorum ordinariorum poteſtatem. In qua monialium uiſitatione ſi accideret

Seſſ. 25. c. 9

Pius V.

Moniales ſanctæ Clarę, ex lege Pij V. ſubſunt conuentualibus ordinariis.



deret Epiſcopum, uel alium ſuperiorem impediri, monitione præcedente, ſi impedientes non deſtiterint, excommunicatione ipſo iure irretiuntur, atque innodantur. Sed hodie dicimus maiorem excommunicationem incurri ipſo facto, per bullam D. Gregorij Papæ xiij. quia tales dicuntur turbare iuriſdictionem ordinariam ſuperiorum Eccleſiaſticorum.

Impediẽs Epiſcopum in viſitatione monialium, eſt excõmunicatus excõmunicatione maiori. Clem. Attendentes. de ſta. monac.

*Nemo debet ingredi clauſtra monaſteriorum monialium.*
*Cap. III.*

SEd & magnam quoque perturbationem cauſat ipſis monaſteriis ingreſſus ſecularium perſonarum; & ideo expreſsè cauendum eſt, neminem ingredi debere intra huiuſmodi monaſteriorum ſepta, ſub pœna excommunicationis ipſo iure incurrendæ ex decreto ſacri Concil. Tridentini, ſine facultate, aut licentia in ſcriptis a ſuperioribus obtenta. Quòd fortiùs ſolidauit Gregorius Papa Decimustertius, in conſtitutione ſuper huiuſmodi ingreſſus prohibitione, quæ incipit: Vbi gratia, de anno 1575. qui reuocauit quaſcunque licentias factas primitus, a quibuſcunque Romanis Pontificibus. Licentia autem, iuxta dictum Concilium Tridentinum prædicta ingrediendi monaſteria, debet eſſe rationabilis, & manifeſta, uel propter utilitatem, uel propter neceſſitatem; non tamen debet eſſe voluntaria. Vnde ſi ſuperior ad libitum, & extra caſum neceſſitatis, alicui daret licentiam ingrediendi monaſterium, Abbatiſſa, ſeu alia Præfecta non tenetur obedire, iuxta allegatam conſtitutionem Do. Gregorij Papæ, uerſ. Neve moniales. Nec repugnare uidentur uoto obedientiæ, ſi recuſant, quia Papa eſt ſuperior omnium. Idemque de puellis dicimus, non eſſe permittendum paſſim earum ingreſſum, ut inibi in eis educentur, quàmuis eas tenere vſq; ad ętatem 25. ann. non ſit contra diſpoſitionem Conc. Trid. adhoc ſi ſtare volunt, vt melius cognoſcant ipſius normã, & obedientiã diſcant, cùm inibi alias obedientiſſimas uideant. Humilitatem ſeruant, cùm maiores ſe eam cuſtodire ſtudent, & quam habere debent, omnes Dei ſeruientes, adhibitis tamen qui-

Ad ſanctimoniales nemo ingrediatur.

Seſſ. 25. c. 5
Sup. lib. 1. tra. 4. c. 41
Gregor. xiij.

Cauſa ingrediendi monaſteria debet eſſe legitima.

Puellæ ſeculares, quibus cõditionibus in monaſteriis educandæ admittantur.

Abbatiſſa, qualem ſe præferre debet aliis monialibus.

Moniales debent confiteri quolibet menſe.

Clemēt. ne in agro; de ſtat. mon.

lib. 1. tr. 3. c. 7.

Confeſſor monialium examinandus eſt ab Epiſcopo.

Nota.

Confeſſor monialium, quando debet eſſe extraordinar. lib. 1. tra. 7. c. 8.

Seſſ. 25. c. 10

teris actionibus, ut ſimul omnibus ad cœleſtia regna ducatum præſtet, & gaudeant eam in matrem accepiſſe. Similiter ea aliis prẹuia ſit ſemel in menſe ad confitendũ ſua peccata, & ad ſacram Euchariſtiam accipiendam, ſublata quacunque occaſione. Ex qua ſacramentorum frequentatione aſſueſcant diuinę participationi, & ſecurius tentationibus reſiſtant. Hoc enim cautum fuit nedum a Clemente V. ſed etiam a cuncta ſancta Tridentina Synodo; quod & nos etiam ſupra diximus libro primo. Inde Confeſſor ipſis monialibus eſt ab Epiſcopo prępoſendus, & primò ab eodem examinandus de uita, moribus, ſcientia, legalitate, & ſingulari iudicio: Et ſit eius intentionis, ut obſeruet contenta, quæ in ſacramento Pœnitentię obſeruari debent. Et in primis ſit cautus non rememorare crimina non confeſſa, ne virgines diſcant, quæ prius ignorarunt; ut patientiſſimè corrigat, pientiſſime conſoletur: qui ubi ſe non idoneum præbuerit, ſubmoueatur, aliusque in eius locum ſubrogetur. Quòd; ſi bonum eſt in corporis infirmitate idoneum habere medicum, præſtantiùs, ac multò magis neceſſarium eſt habere pro ſalute animæ. Hoc etiam addito, ut præter ordinarium, quod & ſupra diximus, confeſſorem ipſorum, bis, aut ter in anno, alius extraordinarius confeſſor adhibeatur, qui ſingularum confeſſiones audiat, & ſalutari impoſita pœnitentia, abſoluat. Quod ſalubriter quidem ſancitum eſt ab eodem Tridentino Concilio: ne ex longa frequentatione unius duntaxat confeſſoris, abſtineant moniales aliquando conſcientiam ſuam examinare, & de ſingulis commiſſis confiteri, ſiue ex pudore, aut confuſione reuereantur.

## *Moniales, a quo accipere debent alia ſacramenta.* *Cap. V.*

Circa uerò aliorum Sacramentorum ſuſceptionem, maximè extremæ unctionis, ubi aliquid expreſſiùs ordinatum non eſt, eædem moniales ſubiiciuntur præsbytero parrochiali, intra cuius parrochiam ſitum



Abb. in c. dilectus, de capel. monach.

Corpus Chriſti non eſt tenendum intra ſepta monaſterij.

Seſſ. 25. c. 10

Greg. xiij.

Epiſcopus, p explorãda monialis alicuius uolũtate, clauſuram ingredi non debet.

Seſſ. 25. c. 17.

tum eſt ipſarum monaſterium. Quia in hoc iure communi fundatur opinio, quod parrochus ſit adminiſtrator, ſecundum mentem Abbatis, qui dicit, quòd Epiſcopus prouidere debet eis de certo præsbytero. Nec ullatenus conſentiendum eſt opinioni aliquorum monachorum, volentium, parrochum portare ſacramentum extremę unctionis uſque ad portas monaſterij, & deinde monachus capellanus ubi eſt, accipiet, & adminiſtret; quod ſatis durum videtur, & de Parrochi fide, ac diligentia multum detrahitur. Sed ubi in dictis ſanctimonialium monaſterijs non reperitur Eccleſia publica, ſed ſit intra ſepta eius, ſeu clauſtra; aut etiam intra chorum. Tunc ſanctiſſimum Chriſti corpus intra huiuſmodi prædicta ſepta, clauſtra, ſeu chorum, nullatenus retineatur, quibuſcunque non obſtantibus, ſed in publica, ſi adeſt, Eccleſia ſeruetur; iuxta decreta prædicti Concilii. At ubi Eccleſia eſt extra clauſuram caueatur omnino, ne porta aliqua ſit, ex qua aditus pateat intrò ad ipſum monaſterium, per diſpoſitionem factam a Domino Gregorio Papa decimotertio, quæ incipit. Deo ſacris, §. Declaramus. ut omnino clauſura ſeruetur, nec occaſio ſit eam uiolandi. Quinimò nec Epiſcopus pro exploranda monialium uoluntate debet ingredi dictam clauſuram, ſed ſtare debet ante feneſtellam cancellorum, examinando mentem ipſius puellæ. Quæ nullatenus ueletur ante eius profeſſionem, niſi primum eius uoluntas exploretur ab Epiſcopo, ſeu eius Vicario, ut uideri poſſit, an ſponte, aut coactè hoc faciat, & conditiones requiſitas monaſterij, & regulæ habuerit. Cuius quidem puellæ profeſſionem, ſeu tempus, ne Epiſcopus ignoret, Præfecta monaſterii ante menſem eum certiorem facere debet. In cuius quidem puellæ uoluntate explorando peccant, qui non ſtant ſic ante dictam cãcellorum feneſtellam, ſed portam ingrediuntur, & ante pedes ſuos poſitam puellam examinant.

Monia-

### *Moniales non debent eſſe plures, quàm uiuere poßint.* *Cap. VI.*

c.quia tãtum. de præben.

SEd ne occaſio multitudinis aliquam generet confuſionem, cum & multitudo ſit canonibus inimica, aut exeundi materia monialibus ullo vnquam tempore præſtetur. Ideo numerus ipſarum monialium non adeò creſcere debet, ut non poſſint commodè uiuere, ſed tot eſſe debent, quæ ex redditibus propriis ipſius monaſterij, uel conſuetis eleemoſynis ſuſtentari poſſint, ex eadem Concilij Tridentini diſpoſitione, & per legem Pij V. quæ incip. Cura paſtoralis, de anno 1566. Vt autem officium pietatis in eis, & circa eas ſanctimoniales exerceatur, lata eſt conſtitutio per Dominum noſtrum Gregorium Decimumtertium, quæ incipit: Deo ſacris. ut quando in monialibus imminet neceſſitas uiuendi, prouiſum eſt eis de medietate eleemoſynarũ, quę per quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas, & ſeculares, & alia quæcunque pia loca pauperibus eſſent diſtribuendæ, etiam ſi a laicis in teſtamento, uel inter uiuos eſſent relictæ. Ad ipſum enim Papam, tanquàm patrem pauperum, ſeruis Dei prouidere ſpectat. Reliqua circa ſanctimoniales, Ordinariis earum, & ſanctiſſimis Epiſcopis obſeruanda relinquimus, ut, nempè, eas uiſitent, ſolident, arguant, aut etiam corrigant, ſcilicet. Deputati regulares a capitulis generalibus ſua uiſitabunt monialium monaſteria, eis in curam a ſummis Pontificibus tradita, Epiſcopi uerò exempta, ſcilicet, quę non recognoſcunt ſuperiorem, niſi Papam, uel alia etiam non exempta aliquo modo.

Seſſ.25.c.3.§. in prædictis. Pius V.

c.1.§.ſanè, de ſta.regu. Greg.xiij.

gl.Apoſtolica. in cle. Attendent. de ſtat. monac.



# DE VISITATIONE ORATORIORVM, Hoſpitalium, ac piorum locorum: AC DE ORDINANDIS IN EISDEM.

# Tractatus Octauus.

## ANNOTATIO SINGVLORVM CAPITVM Octaui Tractatus.


1 *Epiſcopus poteſt, & debet uiſitare quæcunque oratoria.*
2 *Epiſcopi poſſunt viſitare omnia hoſpitalia commendata, & unita, non tamen immediatè exiſtentia ſub regibus.*
3 *Quæ inquirere debeat Epiſcopus in viſitatione hoſpitalium.*
4 *Bona hoſpitalium, ſeu elemoſinæ illius datæ, quando in opus, ſeu in vſum præter relictum conuerti poſſunt.*
5 *Quæ alia ab Epiſcopo veniant obſeruanda circa hoſpitalia, & alia huiuſmodi loca.*
6 *Montes pietatis viſitentur ab Epiſcopo.*
7 *Confraternitates, & laicorum ſocietates, Epiſcoporum uiſitationi ſubſunt.*
8 *Epiſcopus quid quærero debet in locis pijs, & honeſtis prædictis.*


### *Epiſcopus poteſt, & debet viſitare quæcunque oratoria.* *Cap. I.*

INſcius eſt nemo, ſtatutum fuiſſe a ſacroſancta Tridentina Synodo, Epiſcopum loca ipſa, ſeu oratoria deſignare debere, in quibus celebrari deſideratur, ipſumq; poſſe eadem poſtea uiſitare, & inquirere, an bene, & iuridicè, ſecundum formam iuris, & Conc. Trident. constructa ſint, ſi honeſtè deinde tractentur, ſi ſeruetur uoluntas fundatoris, ſeu teſtatoris, etiam quòd ſint oratoria priuata; etiam ꝗ

fuerit

Abb. ca. inter dilectos, de donat. nu. 12.

fuerit ordinatum a fundatore, quòd Epiſcopus nullo modo ſe intromittat; quia Epiſcopus nihilominus uiſitabit, & uidebit, ſecundum Abbatem, & alios. Nam ordinatio teſtatoris nunquam prouiſionem Epiſcopi impedire poteſt, etiam ſi dixiſſet ipſe teſtator, quòd aliàs eſſet caſſa, & irrita diſpoſitio ſua, & nullum debere ſortiri effectum; quia tenet, non obſtantibus quibus ordinatio prima, & pœna adiecta omninò remouetur.

Fel. in c. cum uenerabil. de excep.

Et cum honeſtè prędicta oratoria non tractantur, poteſt ordinare ſub cenſuris, quòd deſtruantur, ſecundum prędictum Abbat. in cap. fin. de cenſib. num. 3.

Abbas.

Quæratque inſuper, ſi in eis adſunt imagines, & quæ; ac ſi alia adſunt neceſſaria pro Miſſa, cùm ibi Miſſa celebratur, ſi quæ etiam clauſis portis Miſſa dicatur. Quæ ſupradicta omnia ad hoſpitale trahuntur, cùm Oratorium, & Hoſpitale, ſecũdum prędictum Abb. a pari procedant.

Vbi ſup. nu. 4.

Vnde de hoſpitalibus modò ſumamus tractatũ, omittentes dicere multa de Oratoriis, quę abierunt in multis in deſuetudinem propter prouiſionem factam per dictum Concil. Tridentinum; a quo nullatenus permittitur in priuatis domibus, quæ hodie ſunt Oratorium, cras erit camera, aut domus ad uoluntatem domini, celebrari.

Vbi ſu. de obſeru.

Syn. Bitunt.

In priuatis autem domibus quæcunque altaria ſunt, curent parrochi, ut omnino deſtruantur; niſi ſint Oratoria per nos, ſecundum Bituntinæ Synodi decreta, literis noſtris approbata. Item ſi quæ inter rura, nemòra, uias, pagos, uel cryptas inueniantur Oratoria (non enim in campis, aut ſyluis, ſecundum decreta Mediolanenſis Eccleſiæ, ſed potius in uia publica conſtrui debent:) in quibusq; etiam nullæ reliquię Martyrum conditæ ſunt, ea omnia penitus deſtruantur. Quòd, ſi per tumultus populares fieri ſine periculo non poſſit, ſaltem & uoce, & ſcripto a Viſitatore improbentur.

Card. Borr. de orator. c. 30. Oratoria, ubi cõſtrui debẽt, quando in eis non celebratur.





## *Epiſcopi poſſunt viſitare omnia hoſpitalia commendata, & unita, non tamen immediatè exiſtentia ſub Regibus.* Cap. II.

QVòd autem Epiſcopi habeãt ius hoſpitalium uiſitandorum, ſupra diſſeruimus, dum diximus ampliſſimam eſſe Epiſcopi auctoritatem in viſitandis locis piis, etiam laicorum. Ideò ne tam pium opus hoſpitalitatis diſcurrere omittamus, dicimus hic, quòd Epiſcopi curare debent, maxime propter incuriam, ſeu negligentiam eorum, ad quos pertinet, in uiſitatione huiuſmodi hoſpitalium, ut diligenter, atq; fideliter adminiſtrentur, ac gubernentur. Et ſi in huiuſmodi uiſitatione difficultas aliqua oritur, uiſitabunt tanquam ſedis Apoſtol. delegati, etiam quòd ipſa hoſpitalia fuerint conceſſa in commendam perpetuam, aut temporalem; aut in adminiſtrationem, uel alium titulum; uel Eccleſia unita etiam parrochialibus, uel è contra, in quibus tenetur hoſpitale ipſum, prouidendum eſt, ut impoſitum onus adimpleatur, & ex fructibus, & bonis aſſignatis hoſpitalitas ipſo actu exerceatur, ut iam dictum Concilium præcipit, non obſtante quod per huiusmodi conceſſas commendas iam ipſa, hoſpitalitas deperdita uideatur. Excipiuutur tamen ab hac Epiſcoporum poteſtate, & generali conceſſione uiſitandi, quæcunque hoſpitalia, & pia loca, ea, quæ exiſtunt ſub protectione regum, & ſupremorum principum iura imperij habentium in ſuis dominiis: quemadmodum etiam ſupra diximus, quibus & Eccleſia multum fauet propter protectionem, quam habere tenentur, & qui propter ſublimitatem eorum, ac generis claritatem, ſunt prærogatiua gratiæ attollendi.

lib. 1. tr. 4. c. 36

Conc. Tridẽt. Seſſ. 7. c. 15 c. quia contingit, de relig. dom. Seſ. 25. c. 8. de reform. Seſſ. 22. c. 8. & 9.

Seſſ. 25. c. 8

lib. 1. tr. 4. c. 36.

In extrau. execrabil. §. Itaq; de præb.

## *Quæ inquirere debet Epiſcopus in viſitatione hoſpitalium.* Cap. III.

INquiſitio autem generalis hoſpitalium in uiſitatione circa hæc verſari debet; uidelicet, ſi Hoſpitale eſt patronorum, & quorum Eccleſiaſticorum, uel lai-

Sup.lib.1.tr.4 cap.43. Seſſ.22.11. Seſſ.25.c.8.

corum; & ſi ipſi excedant ius ſibi competens; uel occupant eius bona contra decretum ſacri Concilij Tridentini,& quę ſit conditio erectionis Hoſpitalis: ſi ad infirmos tantum ſuſcipiendos, uel etiam peregrinos,uel inſimul utroſque,& infantes expoſitos nutriendo. Aduertendo, ſi conijci poteſt,ipſos eſſe ex legitimis matrimonijs procreatos, licet non pſumatur, ut poſtea ab ordines Eccleſiaſticos non promoueantur abſq;

Seſſ.25.c.8

diſpenſatione; ſimiliter ſi Hoſpitalitas ipſa actu exiſtens fideliter exerceatur omni diligentia iuxta præallegatum Concilium. Fiatq; inuentarium bonorum, & reddituum, ſi adſunt; & om-

Clemen.quia contingit, de relig.dom.

Inuentarium bonorum hoſpitalium conficiendum.

nium ad ipſum locum ſpectantium, ex præcepto Clementinæ. Quia contingit. & quod ipſum inuentarium ſit ſolenniter factum, ne Hoſpitalia ſint collapſa propter paupertatem, aut aliqua egeant reparatione; neue bona conuertantur in priuatos, & proprios uſus, ut ſic fraudentur Chriſti pauperes. Examinentur conſtitutiones, ſtatuta; & diuerſa ſit fœminarum, & hominum pauperum ſtatio, ne confuſio committatur.

Hoſpitalium cuſtodes iurare debent de bene adminiſtrando.

Quòd rectores,& Gubernatores iurent de bene gubernando ad inſtar tutorum, & curatorum, & ſuſpectis uita, & moribus, & inhoneſtate non debent tradi gubernanda; & quando Hoſpitalarius deficit in aliquibus circa pauperum,& aliorum curam,poſt unam admonitionem remoueatur. Sint etiam perſonæ deputatæ pro collegendis eleemoſynis pro ipſis hoſpi-

Quęſtores hoſpitalium ab Epiſcopo approbandi.

talibus honeſtæ uitæ & ſpectatę religionis per Epiſcopum approbandæ, ne ullo modo ſint participes eleemoſynarum, quę recolliguntur, fungentes ſuo munere ſine ullo ſcandalo, ullaq; fraude; ſed cum omni modeſtia, & dexteritate; ne habeant nomen Quęſtorum, ſed tantummodo collectores eleemo-

A quibus cauere debent quæſtores hoſpitalium. Sup.lib.1.tr.2. c.12.

ſynarum nominentur. Indulgentjas non publicent; non concionentur, non circumferant priuilegia, non reliquias, nec fideles ad dandam eleemoſynam inducant minis, ſeu imprecationibus. non portent campanellas, nec petant, ac ſi eſſet debitum,& ſolitum dari, nec ulla arte utantur, etiam ſub prętextu dicendi orationem illius ſancti, cuius noīe petunt, ſed tantummodò ſimpliciter, piè, ac modeſte petendo pro ſubuentione ipſius hoſpitalis, quod libenter offertur; cauentes principaliter

ne



ne ſub ipſis eleemoſynis petendis quouis nomine aliquā conuentionem faciant, etiam ꝙ ſint in euidentem utilitatem ipſius hoſpitalis; ut quicquid nomine prædictarum eleemoſynarum fuerit collectum, totum in vſum ipſius hoſpitalis, ſub quo colligitur,& non in alium uſum conuertatur. Hæc omnia obſeruanda ſub onere conſcientiæ procuret Epiſcopus a collectoribus eleemoſynarum hoſpitalium, quę omnia ſunt neceſſaria. Multi namque eleemoſynarij portant certos quinternos, in quibus ſcribunt omnes de domo, ſeu in domo exiſtentes,& in familia, & uiuos etiam in locum mortuorum, & poſtea ut debitum nomine ipſorum eleemoſynas extorqueant.

*Bona hoſpitalium, ſeu eleemoſynæ illis datæ, quando in opus, ſeu in uſum præter relictum conuerti poſſunt.*

*Cap. IIII.*

CAeterum, ſi hoſpitalia ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aliarūuè perſonarum genus ſuſcipiendū fuerint inſtituta, nec in loco, ubi ſunt hoſpitalia prædicta, ſimiles perſonæ, aut perpaucę reperiūtur, mandat adhuc ſacroſ. Trid. Synodus, ut fructus,& eleemoſynæ

Seſſ.25.c.8

Ordinarij poſſunt Hoſpitalium fructus in alios uſus conuertere.

collectę in alium pium uſum, qui eorum inſtitutioni proximior ſit, ac pro loco,& tempore utiliter conuertantur, prout ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerum uſu peritiores ſint per ipſum diligendis, magis expedire uiſum fuerit. Niſi aliter fortè etiam in hunc euentum in eorum fundatione, aut inſtitutione fuerit expreſſum. Quo caſu, quod ordinatum fuit, obſeruari curet Epiſcopus, aut ſi id non poſſit, ipſe prout ſupra, utiliter prouideat, quod & ſup. diximus. Vbi etiam diximus, quinā teneantur hoſpitalitatem ſeruare, & quomodo ab Epiſcopo ad eam

Sup.lib.1.tr.4 c.39. ibid.c.38.

continuè obſeruandam compellantur per cenſuras, & per priuationem adminiſtrationis, & curæ ipſorum locorum, & etiā, ut ipſorum hoſpitalium, (ut omnis fraus, atq; uſurpationis ſuſpitio tollatur) nō debeat Epiſcopus permittere, ut ſemper uni,

Vbi ſup.c.40.

Hoſpitalium adminiſtratio nō debet ſemper uni concedi.

atque eidem adminiſtratio concedatur, ſed uariari de bono in meliorem adminiſtratorē; ut tamen in qualibet perſona non

Aa 2 exce-

excedat triennium, dummodo quid expreſſius in fundatione non ſit cautum, quòd non derogetur. Similiter etiam ibi diximus, adminiſtrationis ipſorum hoſpitalium, & quorumcunq; piorum locorum, ab omnibus Præpoſitis Eccleſiaſticis, ſeu laicis, tam prædictorum, quàm confraternitatum, eleemoſynarū, atque etiam Montis pietatis, ſingulis annis, non alteri, quàm Epiſcopo reddendam eſſe, ex decreto eiuſdem Concilij, rationem. Et ubi in fundatione aliter eſt diſpoſitum, uel priuilegio, ſeu loci conſtitutione, quòd aliis reddatur ratio dictæ adminiſtrationis, quòd adhuc adhiberi debeat unus ab Ordinario; aliàs liberationes factæ nullatenus ſuffragentur. Et propterea in uiſitatione Epiſcopus perquirat, & inhibeat, ne laici bona hoſpitalium in alium vſum, quàm in deſtinatum erogēt; cùm ſecundum Pontificem in cap. cùm non ab homine. de iudic. nullo modo liceat.

Ratio adminiſtrationis hoſpitaliū debet ſingulis annis Epiſc. reddi.

Seſſ. 25. c. 8

Laici non poſſunt bona hoſpitalium in alium uſum, q̄ deſtinatū, conuertere.

## *Quænam alia ab Epiſcopo veniant obſeruanda circa hoſpitalia, & alia huiuſmodi loca. Cap. V.*

HOc item curet Epiſcopus, ut non cuilibet committatur hoſpitalium, & piorum locorum adminiſtratio; quia de ętate multum præſumitur. Vnde hoſpitalarius debet habere completum annum 25. ad inſtar tutorum, ſecundum communem Doctorum opinionem. Sic etiam ſit in ſufficientia idoneus, diligens, & pius in ſuo munere. Imò debet iuramentum præſtare utilia procurare, & inutilia prætermittere; utq; perſonas inibi exiſtentes, & res etiam ad commodum, atque utilitatem eorum, bona fide cuſtodiat, & in uſum miſerabilium perſonarum conuertat. Hoſpites ſemper accipiens pro Dei miſericordia egenos, & uagos recolligendo, etiam nolentes trahendo; ſicut duo diſcipuli coegerunt Chriſtum hoſpitari, quia multa pręſtantur bona inuitis, quando eorum conſulitur ſaluti, & utilitati, ſecundum Decium. Vnde Dominus ait; Quoſcunque inueneritis, cogite intrare ad nuptias. Et Iob: Foris non manſit peregrinus, & hoſtium meum uiatori patuit.

Aetas, & ſufficientia hoſpitalarij, quę eſſe debeat.

in Clem. quia contingit, in uerbo tutor, de relig. dom.

Luc. vlt.

Dec. l. inuito. ff. de reg. iur. Matth. 22. Iob 31



patuit. Sed nō tantum prędicti pauperes debent recolligi, ſed etiam cibari, foueriq; & corporaliter, & ſpiritualibus etiā cibis. Vnde ſtatim hoſpitalarius ad eorum ingreſſum faciat eos ſtatim confiteri ſua peccata, eosq; ſacram accipere communionem a parrocho, intra cuius parrochiam hoſpitale, & ipſi exiſtunt, ſi non affuerit, Capellanus in hoſpitali deputatur propter magnum infirmorum numerū, qui a parrocho gubernari non poſſit, propter alios parrochianos, quos in parrochiali ſub ſe habet. Vt euenit mihi hic Romę, qui habeo hoſpitale Conſolationis intra ſepta meę Eccleſię parrochialis, & illi ſeruire non poſſum; quia eſt nimis grauatum infirmis, & ſic meis ouibus, & illis non eſt poſſibile ſubuenire. Secus, ſi hoſpitale haberet priuilegium, aut cōſuetudo eſſet in contrarium, quia tunc antiqua eſt ſeruanda conſuetudo. Concludamus ergo, quòd omnia Hoſpitalia, ſiue Zenodochia appellentur, aut etiam Orphonotrophia, Bethotrophia, Noſocomia, Gerontocomia, & alia ſimilia loca, ad Epiſcoporum, in quorum ſunt diœceſi, ſollicitudinem pertinent, & per eoſdem ad eas utilitates, quibus conſtituta ſunt, ordinanda, atque dirigenda erunt.

Sacramenta, per quem debent miniſtrari exiſtētibus in hoſpitalib.

Clem. 2. §. fin. de relig. dom.

l. orphanotrophos. C. de ep. & cler. & Clē. 2. de relig. do.

Notēt hic Epiſcopi.

## *Montes pietatis uiſitentur ab Epiſcopo. Cap. VI.*

QVinimò & ad eoſdem etiam. ſ. ſanctis. Epiſcopos ſpectat & Montium pietatis dicta cura, & ſolicitudo; & propterea quæ de viſitatione hoſpitalium diximus, procedunt ſimiliter in viſitatione Montium Pietatis, ſeu Charitatis, cùm ſint in diœceſi, & in aliis quibuſcunque locis piis, ad Dei cultum, ſalutem animarum, & pauperum curam inſtituti. In quibus eadem eſt adhibenda diligētia ex eodem Concil. Trident. decreto. Vt inquirat in eis Epiſcopus in primis, ſi liber ipſius cuſtodis, in quo adſcribuntur pignora ad Montem delata, & ab eodem cuſtode recepta, conformis ſit, & correſpondeant libri ipſius computiſtæ tam in datione, ſeu pignoratione pignoris, quàm in exactione poſteà eiuſdē in qualitate, quantitate, nnmero, pondere, menſuraque, atque ualore pignoris delati, dati, & eiſdem relicti in pignus. Si

Ratio, cur uiſitētur ab Epiſcopo Montes Pietatis.

Seſſ. 22. c. 8

Viſitatio Mōtium pietatis, circa quæ eſt facienda.

Cuſtodis officium in monte pietatis, circa quod uerſetur.

Si campſerius dedit, & reuera numerauit nummos portanti, & impignoranti pignus. Si cuſtos diligenter inſarcinat, & cuſtodit pignus, cum chirographo eidem annexo, exprimente diem, menſem, & annum, quibus pignus pignoratum fuit, & cuius ſit dictum pignus. Si in uenditione dictus cuſtos exhibuerit pignus minoris ualoris ad uendendum pro eo, quod fuit in pignus datum pro maiori precio, ut fraudet poſtmodum dominum pignoris, uel etiam ipſum Montem pietatis; retinendo ſibi illud pignus, quod fuit multò maioris ualoris. ſi æſtimator reſtituerit ꝙ minoris æſtimauit pignus. Si id non fuit uenditũ, pro quanto fuit pignori datum: quia æſtimator tenetur Monti refundere damnum, quod ſentit, non uendendo rem, & pignus tanti, pro quanto fuit acceptum, cum uſuris permiſſis. Si plus acceptum fuit pro ſcuto, quàm unum groſſum, & pro uno Iulio, quàm duo quadrantes. Si fuit reſtitutum quod ſuperfuit pro uenditione pignoris ei, cuius erat illud pignus; quando poſt tempus lapſum fuit illud ſic uenditum. Si officiales faciunt gratias (ad quas res exhortamus faciendas ſæpe) ipſis dominis pignorum ad expectandum per aliquot alios dies; ultra quàm quibus ſint ſubhaſtanda, ac uendenda dicta pignora. Et ſummatim prouideat Epiſcopus, ut ſæpenumero ab eiuſdem Montis pietatis officialibus, & deputatis fiat cõgregatio, in qua tractent de illius conſeruatione, deq; diligentia, & negligentia officialium, deq; eorum creatione, ſeu remotione, maximè fraudulentorum, atque etiam de redditione, & ratione adminiſtrationis eorum. Curando ſemper, ut ipſe locus Pietatis, & Charitatis, non perdat, ſed recuperet, & includat quod dedit, ac præſtitit.

Nota, quomodo cuſtos montis poſſit facere fraudem.

Aeſtimator montis, quando, & quæ reſtituere tenetur.

Pro quolibet Iulio detur ℘ uſura duo quadrantes.

Officiales montis, ad quod exhortantur.

## *Confraternitates, & laicorum ſocietates Epiſcoporum uiſitationi ſubſunt. Cap. VII.*

li.1.tr.4.c.36.

Seſſ.22.c.8

CVm ſupra de mente ſacri Conc. Trident. enarrauimus, Confraternitates laicorum etiam, quas ſcholas, ſeu quocunque alio nomine uocãt, Epiſcopos tanquàm Apoſtolicæ ſedis delegatos eaſdem omnes uiſitandi ius habere.



re. Ideo in ipſis omnibus diligens requiritur eorundem Epiſcoporum indagatio; ne dum licitæ reputantur huiuſmodi cõfraternitates, tractu temporis euadant congregationes dæmonum ad inſtar (liceat mihi hoc dicere) Beguinorum, & Beguinarum, quorum ſtatus eſt omninò prohibitus a ſancta Catholica Eccleſia; ſicut prohibita eſt etiam omnis virorum multitudo, ſeu ſtatus, qui uulgariter Fraticelli, ſeu fratres de paupere uita nuncupantur; ſeu Bizochi, ſeu Beguini, qui damnantur omnes; & ideo tales Epiſcopus permittere non debet, & ubi inuenerit, prohibeat, & de medio tollat, iuxta auctoritatem, quam habet a prædicta extrauaganti. Quod quidem optima ratione fit; nam ubi extra opus pium, & honeſtum, conuentio fit, non collegium, aut confraternitas dicitur, ſed monopolium, quaſi conuentio plurium loco publico, hoc eſt religioni chriſtianæ obuians; quorum pœna eſt confiſcatio bonorum cum perpetuo exilio. Non tamen, ſi repererit Epiſcopus, remouebit collegium leproſorum in aliquo loco: quia id approbatũ eſſe uolunt Doctores: licet non poſſit dici religioſum ſecundum Abbatem; quia non profitentur tria ſubſtantialia regulæ. quod Io. Paulus de Peruſio in ſuis Inſtitutionibus ſequitur. Item uoluit etiam Abbas, quòd facientes collegium ex aliqua pia cauſa, ut ſunt diſciplinata, uel facientes collegia, pro maritandis puellis, uel ſimilibus piis actibus, puta nutriendis pauperibus, id collegium prædictorum ſit approbatum.

In cle. ad noſtrum. de hær. Clemen. 1. de relig. domib. In extrau. ſancte Ro. Eccle.

Monopoliũ. l. unica. C. de monopol.

Abb. in c. 2. de ędif. eccl.

de relig. dom. §. 7

Et diſciplinatorum, & leproſorum collegia ſunt approbata. Abb. c. 2. nu. fi. de elect.

## *Epiſcopus quid quærere debet in locis pijs, & honeſtis prædictis. Cap. VIII.*

ITaque, quando Epiſcopus, ſeu alius uiſitat has confraternitates, collegia, & cætera huiuſmodi pia loca, primò inquirit, quis ſit præcipuus orandi modus in eis, uideantur, & examinentur, quæ ſint orationes, quod tempus, & an in determinata hora ad intereſſendum orationi, quod ſit officium, & an id deuotè, & piè exequantur, ſi denique præcedant in publicis proceſſionibus: quo habitu, qua honeſtate, decentia, pietate, & deuotione: ut in omnibus

nibus habeatur reſpectus ad animarum ſalutem, & populi ędificationem, ita ut omne ſcandaloſum abſit. Quibus diebus inter ſe conueniant, & quid in congregatione tractetur. Et prohibendum eſt eis, ne conueniant diebus Dominicis, & feſtiuis, tempore diuinorum officiorum, & ſolennium Miſſarum, uel prædicationum, tam in Cathedrali Eccleſia, quàm in Collegiata, & parrochiali; neque ipſis diebus Dominicis, & feſtiuis faciant cantari publicè Miſſas, & officia defunctorum; licet ſocietas ſancti Ioſepi hic Romę faciat contrarium: Fortè, quia diebus profeſtis non poſſunt confratres cõuenire, ob id, quod habeant laborare, & proinde permittitur. Et ſi habent Capellanos, & ſacerdotes, uideatur, ſi illos honorant, & ſufficienter ſuſtinent, & quàmprimum diſcutiatur, ne ſit in eis aliquod ſtatutum ſapiens contra ſanam doctrinam, uel bonos mores, uel aliquo modo ſit ſuperſtitioſum, ut omnino deleatur, etiam ſi eſſet iuratum, cum ſit contra omne ius, & in prę iudicium Domini noſtri ſuperioris. Ideo omnes confratres abſoluantur ab obſeruantia, & ſi qui in eis ſcandaloſi, inquieti, aut etiam diſcoli reperiuntur, corripiautur, & ubi incorrigibiles ſint, puniantur ſecundum laudabiles reformationes ipſarum confraternitatum, etiam per eiectionem. Et ſi iſti prætendunt iuſpatronatus, reuideantur fundationes. Similiter adnotetur, ſi adſunt particulares redditus, & recognoſcantur, cum aliis bonis preçioſis mobilibus, & ne uſurpentur, aut ad alios uſus, quàm deſtinatos conuertantur, & ipſarum factores, gubernatores principales, œconomique, ſingulis annis reddant rationem ordinario loci, non obſtantibus quibuſcunque, iuxta Concilij Tridentini pręceptum, cum modificatione, ut ibi. Hoc demum addito, ut Magiſtri, & Præfecti doceant ſanam, & catholicam fidem, ſæpius confiteantur, & ſacram Eucharistiam accipiant. Non tamen faciliter permittatur licentia orandi noctis tempore, propter multa inconuenientia, quæ euenire poſſunt, & maximè in oratione quadraginta horarum. In qua facienda diligenter intuendum eſt, ut qui curam ipſius orationis tenent, uiri ſint undequaque Dei timorati, & poſſideant honeſtatem omnem in uita, & moribus; utque, cum licentia

Statuta Confraternitatum qualia eſſe debent.

c. ueniẽtes, de iureiur.

Seſſ. 22. c. 9

Oratio 40. horarũ, qualiter ſit facienda. Card. Borr. in 1. par. act. Ecc. Mediol.



centia Epiſcopi fiat, & decenter cum debitis luminaribus ante ſanctum ſacramentum altaris, & videantur orationes, quæ ibi fiunt. De nocte fores claudantur, nec mares ſimul orent cum fœminis, neque ultra primam ſtationem prorogetur ſine licentia Epiſcopi: nec Quæſtores proinde permittantur ſub ſpecie candelas exigendi, & huiuſmodi.

---

## DE VISITATIONE LAICORVM CHRISTIANORVM:

# Tractatus Nonus.

## ANNOTATIO SINGVLORVM CAPITVM Noni Tractatus.


1 *Viſitator qualiter ſe habere debeat erga laicos viſitandos.*
2 *Populus, in quibus ſit a viſitatore erudiendus.*
3 *Epiſcopus, quæ attendere debeat in viſitatione laicorum, & magnatum.*
4 *Super quibus poſſit inquirere Epiſcopus uiſitans laicos.*
5 *Magiſter Grammaticæ conducendus eſt ad docendum pueros, & pauperes.*
6 *Viſitatio Seminarij, & eius qualitatum, circa quæ conſiſtant.*
7 *Epiſcoporum eſt, ſtudium variarum ſcientiarum eſſe in populoſis, & diuitibus Eccleſiis.*
8 *Quæ alia circa ſtudiorum perſonas prouidere debeat Epiſcopus.*
9 *Quod prædicta profeſſio fidei non tantùm a prædictis publicè legentibus, ſed etiam a cæteris Doctoribus, & Medicis non legentibus fienda ſit.*
10 *Libri debent examinari, & approbari ab Epiſcopo omnes.*
11 *Bibliothecæ viſitandæ ſunt a perſonis ad id deputandis ab Epiſcopo.*
12 *Biblia ſacra in vulgari non ab omnibus eſt retinenda,*

## *Viſitator, qualiter ſe habere debet erga laicos uiſitandos. Cap. I.*

De laicis uiſitandis. Plebs conuocanda eſt ab Epiſcopo, quã do uiſitat, ad Eccleſiam. Card. Borr. in 1. par. act. Ecc. Mediol.

POſt peractam erga Clerum, Monachos, ac Confraternitates prędictam inquiſitionem, conuertat ſe Epiſcopus ad laicos, & præſente, ac adhibito rectore, curatove, aut parrocho, ſiue plebano, quærat de defectibus, & uitiis, quibus populus eorum magis abundat: ſi nempe in ſortilegiis, aut peſſimis moribus ſit addictus, ſique etiam adſint aliqui excommunicati; ſi ſint errantes a fide; & in hoc caſu malos acriter increpet, & excommunicatos ab Eccleſia deiiciat. Magosq; omnes maleficos, ac ueneficos acriter puniant Epiſcopi, & e ſocietate fidelium exterminent, omnesq; ſupradicti defectus pro memoria in ſcriptis redigantur per Notarium, quem Viſitator ſecum in uiſitatione habere debet; qui Notarius habeat libros, in quibus omnia ſcribantur, quæ geruntur in uiſitatione per uiſitantem; vt finitis viſitationibus, pręlatus illos reuideat, & exequatur, quæ repentè, & in tempore tam paruo viſitationis exequi nequit. Quærat inſuper, an omnes maximè circa feſtum Paſchatis communicauerint, an Miſſas frequentent, an ſacramenta venerentur, & an ſoluant pia legata ab eis præſtanda, de quib. ſup. diximus.

li. 1. c. 44. & 45 tract. 4

## *Populus, in quibus ſit a Viſitatore erudiendus. Cap. II.*

Sup. lib. 1. c. 6.

COnueniens igitur populus ad uiſitationem Epiſcopi, ſeu alterius Viſitatoris, informabitur ab ipſo circa Symbolum, in primis Apoſtolorum, & uim etiam Sacramentorum, auguſtiſſimiq; Euchariſtiæ ſacramenti, & miſſarum frequentationem, uirtutibus prępoſitis, uitiis verò deteſtatis. Mandari debet ei, ut ſingulis diebus Dominicis ad Eccleſiam conueniant, vbi Parrochi eos omnes informent in fide, maximè pueros, & ſimplices; & etiam circa adorationem imaginum, de quibus infra. Archipręsbyteri verò, plebanis, ac cęteris curatas Eccleſias habentibus, mandet Epi-

Conc. Tridẽt. ſeſſ. 2. & ſeſ. 24 c. 4. & 7

infra c. ..



Card. Borr. in 1. par. act. Ecc. Mediol. Synod. Bitun.

Epiſcopus, ut ſaltem Dominicis diebus per ſe, uel per alios idoneos plebem ſibi commiſſam ſalutaribus uerbis inſtruant, quod & ſupradictum eſt. Porrò promiſcuam (inquit Cornelius Epiſcopus) tam nobilium, quàm popularium multitudinem, uelut rationabiles piſces una ſagena Euangelij in hac ipſa Eccleſia noſtra, quaſi in littore maris, uiſitabimus. In primis autem Magnificum ciuitatis Gubernatorem admonebimus, ut non accipiat munera; ut defendat uiduas; ut introeat ad eum clamor pauperum; ut non inferat falcem in meſſem alienã; ut diſcernat inter ſanctum, & prophanum. Senes uerò & iuuenes, ſint illi ſobrij, pudici, & nullis parcentes laboribus. At uiros, & coniugatos, ut unusquiſque poſſideat vas ſuum in ſanctificatione, & honore. Vxores, ut timeant, & diligant uiros ſuos. Patres, & filios; ut hi obediant parentibus per omnia; ut illi ſua ipſorum bona non prodigè effundant, ſed theſaurizent filijs ſuis, eosq; non prouocent ad iracundiam. Dominos, ut remittant ſeruis minas, & onera, & illos mercede ſua, nulla ratione defraudent. Seruos, ut dominis non bonis, ſed etiam diſcolis in omni timore ſubditi ſint. Diuites, & pauperes, ut illi non faciant ſibi amicos de mammona iniquitatis. Hi confidant repoſitum ſibi eſſe theſaurum in cęlis, ubi neque erugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, neque furantur. Viduas, ut dum deſolatas ſe putant, non contriſtentur, ſicut gentes, quæ ſpem non habent, ſed delectentur in domino, qui dabit illis petitionem cordis ſui. Doctos, ut ornent in omnibus doctrinam exemplo inculpatæ uitæ, quo luceant tanquam luminaria in mundo. Idiotas, ut amplectantur ſupereminentem ſcientię charitatem, qua ſint literatura ingrediantur in tabernacula domini. Denique omnes Chriſti fideles, ut poteſtatem Eccleſiæ, & ſedis Apoſtolicæ in primis reuereantur. Timeant gladium excommunicationis, quem non ſine cauſa Epiſcopi portant. Excommunicatos uitent. Ablata reſtituant. Se morituros credant, & ſæpe recogitent. Sacerdotibus, & religioſis obedientiam, atque reuerentiam pręſtent. Verbum Dei libenter audiant. Miſſas frequentent, dies feſtos cuſtodiant. Decimas ritè ſoluant;

Gubernator ciuitatis, de quibus admonendus. Senes, & iuuenes. Coniugati. Filij, & parentes. Domini. Serui. Diuites, & pauperes. Viduæ. Docti. Idiotæ. Omnes Chriſti fideles.

uant: Pœnis ſibi in foro pœnitentię iniunctis, diligenter cum fiducia remiſſionis peccatorum quoad poſſunt, ſatisfaciant. Deum timeant, & mandata eius obſeruent; ſintq; unanimes in fide, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles. Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto. Alter alterius onera portantes, ut adimpleat legem Chriſti, quæ tota eſt charitas, & humilitas.

## *Epiſcopus quæ attendere debet in viſitatione laicorum & magnatum.. Cap. III.*

Epiſc.quæ attendere debet in uiſitatione laicorum, & magnatum. 12.q.2.omnis c.illa. cum ſi.

ET in hac laicorum viſitatione attendere debet Epiſcopus qualitatem regionum, & locorum; nam plerunque ex uariatione locorum, datur uariatio hominum etiam in moribus. Ex quo dicimus unamquamque prouinciam ſuo abundare ſenſu, & ſecundum perſonas ſe gerat Epiſcopus: non contemnendo uirtuoſos pauperes, & ſtantes in fide, honorando diuites, ſuperbos, bene veſtitos. Aliis uerbis monendo principes, & dominos temporales ſuper conceſſionibus, rapinis, taleis, bellis iniuſtis, in geſtibus in uiſu arguendo artificioſè eos, ne iratè ſe erigant contra corripientem, & Prælatum monentem. Igitur Viſitans Imperatorem, ſeu Impetratricem, quęrat an faciant iuſtitiam, ne aliàs ueniant tempeſtates in populum & flagella: Item quęrat an moliatur impugnare ſanctam Eccleſiam matrem ſuam, quam tenetur tueri: quia ſiue pacata, ſiue turbata fuerit Eccleſia tempore ſui regiminis, Deus, qui illius tuitionem ei commiſit, exiget ab eo rationem. Item quærat, ſi immiſcent ſe electionibus contra iura. Item ſi aliquos ex odio exhęredat. Item ſi reliquit uxorem propria temeritate. Item ſi labitur in hęreſim, ſi non reueretur Epiſcopos, & huiuſmodi, de quibus Theſaurus ſacerdotalis fatur. Reges uerò roget Viſitator; ſi trahunt clericos ad forum ſuum, unde deponendi eſſent. Item ſi ab Eccleſijs, & perſonis Eccleſiaſticis penſiones, procurationes, & banna extorqueant contra Eccleſiaſticam libertatem; ſi ducunt ſecum ad exercitium ſacerdotes. Item ſi taleis

Imperator, de quibus eſt uiſitandus. 23.q.5.c. Regum. c.uenerab. de elect. 15.q.7.c.ſexta act. c. per uenerabilem, qui fil. 11.q.5.nullus. 23. q. 8. quo auſu.



taleis, & exactionibus populum Dei affligunt indebitè; ſi occupant alienas terras. Item ſi uolunt plures habere, tenere, & cognoſcere mulieres; & ſi incorrigibiles apparerent, eſſent excommunicandi, & deponendi. Item, ſi ſoluunt decimas Eccleſiis debitas: ſi ſequuntur auguria, & id genus reliqua. At Barones, & Proceres examinentur ſuper rapinis, taleis, & bellis iniuſtis, ſpoliis, & homicidiis. Item an faciant filios ſuos in domibus eorum priuatis baptizari contra iura. Marchiones uerò, & Comites interrogentur, an liberos homines ſubiiciant ſeruituti, an priuauerint filios legitimos, ut adulterini ſuccedant. Si Epiſcopos, & alios clericos honorant, ſicuti debent. Si in cauſis propriis dicunt ſibi ius; an differant iuſtitiam tantum, affligendo partes laboribus, quòd cogantur iuri ſuo renunciare, uel ipſum uendere: hoc idem ſtatuas de aliis principibus. Aduocati uerò ſunt interrogandi, ſi ſubdolè fouent cauſas deſperatas contra conſcientiam: ſi dilationes ſuperfluas nituntur obtinere, ut negocium protrahant: ſi nimium ſalarium accipiunt: ſi faciunt poſitiones cauilloſas, ut aduerſas partes decipiant, & inducant clientulos ad peierandum, uel informent falſos teſtes. Item, ſi ſciant ſe non eſſe ſufficientes, tamen recipiunt ſalarium; uel recepto ſalario, non curant de cauſa, & reliqua huiuſmodi. De cæteris uerò perſonarum gradibus, ſupra paulò ante diximus. Nunc reliquum eſt, ut intra ſex menſes Epiſcopus, ſecundum determinationem Cardinalis Borromæi, omnibus notariis, & ſcribis ſui fori, tam ciuitatis, quàm diœceſis, communem taxam præfiniat, quam pro operæ, atque officij ſui mercede ab unoquoque in ſingulis cauſarum generibus, pro loci, & cuiuſcunque rei, ac perſonæ conditione exigere liceat. Qui autem non obtemperauerit, in eum diligenter animaduertat. Taxam ſimiliter præſcribat Epiſcopus executoribus, uel miniſtris, & carcerum cuſtodibus, ut ab iis, qui capti, & in carcerem clauſi ſunt, pro comprehenſione, & carceris commoratione, & uictu id tantummodo exigatur, quod ęquitas, & ciborũ pretium poſtulat. Et ſi qui in carcere tenentur, ſibi, quæ ad uictum pertinent, ab aliis, quàm a cu-

14.q.5.Non. 11.q.3.præcipuè. 14.q.5.non ſané. c.ſolitę, de maior. & ob. c.fin.de reſcr. 12.q.3.ſi quis uerò. 22.q.5. c.Ille qui. Card.Borr. De carcerum cuſtodibus. De carceratis & uictu eorũ.

cuſtodibus,& miniſtris carceris ſuppeditari uoluerit, id eis facere liceat. Poterit etiam Epiſcopus iiſdem cuſtodibus demandare, ut quamcunque pecuniam, ueſtes, arma, aliasve res ſecũ habeant ij, qui in carcerem includuntur, tuto loco collocẽtur, & aſſeruentur: & nullatenus ex illis rebus ianitori, uel executori, uel carceris miniſtris attingere liceat; ſed eis, cùm exierint, uel eorum hęredibus integræ, atque intactæ ſeruentur. Et qui contra fecerint, duplo mulctentur; quæ mulcta ei, cui damnum datum ſit, attribuatur. Curet item Epiſcopus per certos homines ab eodem eligendos, ſemel in hebdomada uiſitandos eos, qui in carcere detinentur. Quòd ſi illos indignius, & acerbius tractari compererint viſitantes, referant ad Epiſcopum, qui ſecundum prudentiam ſuam prouideat, ne quid iniqui fiat. Porrò ſimiliter poterit deſignare aliquos, qui miſerabilium perſonarum cauſas gratis defendant. Prouideat inſuper Epiſcopus, ut meretrices ab honeſtis mulieribus cognoſcãtur; ut aliquod ſignum palàm deferant, quo earum turpem conditionem, & vitam omnes notam habeant. Inhibeat etiam eis, ne habitent, aut pernoctent in tabernis publicis, niſi itineris cauſa. Amplius curet, ut habeant locum in ciuitate ab hominum frequentia, & a maioribus Eccleſiis ſemotum, ubi omnes habitent, ea lege, ut ſi extra aſſignati loci fines conduxerint domos ad habitandum, acriter puniantur. Aſpiciat item Epiſcopus, ne Iudęi Chriſtianorum bonos mores corrũpant, aut eis bona per fraudem, ut ſolent, auferant. Prouideatque, ut viri pileum, mulieres verò velum crocei coloris, cùm iter faciunt, habeant. Præterea & ne tribus ante Paſcha ſanctiſſimæ Reſurrectionis diebus in publicum prodeant, aut aliquid contra Chriſtianam religionem facere audeant.

Res repertæ circa captos, ubi aſſeruentur.

Meretrices ſunt internoſcendæ ab honeſtis mulieribus.

## *Super quibus poßit inquirere Epiſcopus uiſitans laicos.* *Cap. IIII.*

PRimò videat Epiſcopus, ne quis laicus ullatenus prædicet; quia illis prohibetur prædicare: & prædicandi officium ſolis viris approbatis reſeruatum eſt, cùm ſit præ-

c.cũ ex iniuncto de hære. Seſſ.24.c.4



præcipuum Epiſcoporum officium, aliter ab eo puniantur, & excommunicentur, ſi non deſtiterint; nam ſcandalum inferũt populo, quia incauta locutio in errorem pertrahit. Secundò, Epiſcopus inquirat de crimine hæreſis, & ſuſpitione, & non ab alio, q̃ ab ipſis iudicibus eccleſiaſticis cognoſcantur, & puniantur hęretici. Tertiò, inquirat, ſi matrimonia inita ſint ritè, & legitimè, ſeruata forma ſacri Con. Trid. Auocando ad ſe omnes cauſas matrimoniales, quas laici tractare non poſſunt; & ubi contractum matrimonium aliter inuenerit, procedat Epiſcopus ſecundum declarationem ibidem appoſitam, irritando ea, & puniendo ipſos contrahentes, ac cæteros. Quartò percunctetur, an aliquis laicus fuerit, uel ſit iudex, uel arbiter in cauſa ſpirituali; & ſi inuenerit, prohibeat; hoc enim iudicibus eccleſiaſticis tantum facere licet. Vnde Innocentius ait: Generaliter prohibemus, ne ſuper rebus ſpiritualibus compromittatur in laicum. Quintò inquirat, ne aliquis purus laicus habeat aliquod beneficium Eccleſiaſticum, cuius omnino incapax eſt. Sextò inquirat, & in laicos animaduertat, ſi in Eccleſia delinquerint, & puniantur, & excommunicentur. Septimò indaget Epiſcopus contra laicos de frequentatione monaſteriorum, turbant enim perſonas deditas continuò cultui diuino. Octauò quærat, ſi uſurpant bona Eccleſiaſtica, & ut ſacrilegi puniãtur, atque ad reſtitutionem compellantur: imò ſunt ipſo facto excommunicati. Nonò moneat Epiſcopus, ne quis laicus prope altare accedat, dum ſacra fiunt, ſed retro ſtet cum deuotione, ut ipſi celebrantes non impediantur, aut diſturbentur, ſecus ſi accedant ratione communionis. Decimò quęrat de adulteriis, ſtante maximè publica fama; & ſi qua inuenerit, corriget, & iudicabit ſecundum Canones, & fortiùs ſi quis duas inſimul habuerit uxores. Vndecimò quęrat de quocunque crimine notorio, quando ſcilicet contra populum perpetratum fuit, uel coram eius maiori parte, quod nulla tergiuerſatione celari poteſt. In quo ſic procedet Epiſcopus, ut ſcandalum remoueatur, congruam adhibendo medicinam peſtifero morbo. Duodecimò inquirat Epiſcopus de ſimonię labe, cum ſit crimen merè Eccleſiaſticum; & committentes id crimen, puniat, dili-

c.2. de hęret. in 6.§.1

Card. Borr. 1. par. de prędi. uerbi diu.

Excommunicari debẽt laici publicè, uel occultè diſputantes de fide.

Conc. Tridẽt. ſeſſ.25.c.7.

c. ad abolendam, de hære. in 6

Seſſ.24. de reform. matr. & can.2. eiuſ. ſeſ.

Laicus nõ poteſt eſſe iudex in cauſa ſpirituali.

c. cõtingit. de arbit.

c. cum adeò. de reſcr.

Conc. Tridẽt. ſeſſ.22.c.11.

Laici non debent ſtare prope altare.

c. ut laici, de ui. & hon. cle.

c.1. de off. ord.

Notorium crimen quod dicatur.

In extrau. uas elect. de relig. domib.

c.1. de off. ord.

diligenter perſcrutans factum, & mediatores etiam cum omnibus excommunicando, ſecundum iura,& Pij etiam conſtitutionem,quæ incipit: Intolerabilis,de anno 1569. Decimotertiò inquirat de uſuris laicorum,& criminaliter eos punire poteſt; quia cùm ſit deteſtabile crimen , Epiſcopus uiſitans illud reprehendere debet,& monere etiam Notarios ſeruare in cõtractibus cenſualibus diſpoſita in Bulla Pij V. quæ incipit cum onus, de anno 1568. Decimoquartò inquirat de concubinariis,eos puniendo,ac excommunicando, ſecũdum prçceptum Conc.Tridentini,quod & ſup. diximus. Inquirat item de nephando crimine,& id puniat; quia & Ioſeph non pepercit fratribus ſuis,ſed accuſauit eos apud patrem de crimine peſſimo. Sextodecimò inquirat Epiſcopus de ſortilegiis, contra quos inſurgat,& puniat,atque excommunicet, iuxta Decret. conqueſti ſunt. Decimoſeptimò viſitentur laici ſuper crimine blaſphæmiæ,& corrigat,& puniat blaſphæmantes.Vnde ipſe Epiſcopus debet publicare indulgentiam decem annorum, deferentib. puniendos blaſphęmantes ex Concilio generali Lateran. ſub Leo.X. De Iudęis blaſphęmis aliqua poſſunt uideri in Bulla Gregorij Papæ XIII. quæ incip.Antiqua Iudeorum.de anno 1581. Decimooctauò item inquirat Epiſcopus de crimine inceſtus,proponendo grauem pęnitentiam iis iniunctã; ut nempè inter fideles Chriſtianos non habeantur; nec cibũ, nec potum,ſalutationemuè accipiant. Decimononò inquirat item,& grauiter procedat cõtra laicos torquentes ſententias, & verba ſacræ ſcripturæ ad ſcurrilia, & fabuloſa, ad adulationes,& detractiones, & ex arbitrio eos pro facti qualitate puniat. Vigeſimò puniat rapientes res Eccleſiarum, & earum uiolatores,falſificanteſq; etiam literas Apoſtolicas,atq; etiam falſantes ſigillum,& aperientes literas aliorum. Excommunicet item omnes incendiarios, cùm & lege ciuili pœna mortis ſit eis etiam impoſita. Arguat etiam opprimentes libertatem Eccleſiaſticam,quam ſeruari mandat Conc.Trid. Faciat etiam decimas a laicis exolui Eccleſiis,quę debentur Eccleſię de iure diuino: & ſi denegantes perſiſtunt,excommunicandi ſunt,ſecundum mandatum dicti Concilij. Vigeſimotertiò loco,moneat

Extrau.fin.de Simon.
Pius V. c.quia in omnib.de uſur.
Cõcubinarij.
Seſſ.24. c.8
li.1.tra.4.c.59
Auth. ut non luxur.
Gen. 37
c.4. de exceſſ. præl.
c.cõqueſti.de ſen.exc.
Card.Borr.in 1.par.ac. Ecc. Mediol.
Greg.xiij.
35.q.9.c.inceſtuoſi.
Card.Borr.in 1.par.ac.eccl. Mediol.
Conc.Tridẽt. ſeſſ.4.in fi.
c. Parrochiani.de ſepult.
c. cum olim. de off.del.
c.ad falſariorũ,de cri.falſi.
c.ſuperuen.de exemp.
ff.de incend.l. qui ædes.
Seſſ.25.c.20
Deuter.14
Exo. 22
16.q.1. c.Decimæ.
Seſſ.25.c.12

neat



neat,& cogat dies feſtos per laicos, & omnes coli, & ſanctificari; ne fiant in eis mercata, aut nundinæ, & maximè in diebus Dominicis. Itemq; ipſi laici induci debent, quòd attenti ſint talibus diebus feſtiuis miſſas audire, ſuaſq; Parrochias frequentare. Vigeſimoquintò,viſitans populum Epiſcopus,ei,& omnibus debet deteſtari, & prohibere ludos noxios, & inhoneſtos, de quibus ſcripſi in Hymno, qui incipit. Ex more docti myſtico. Vigeſimoſextò, ſi laici in ſpectaculis,& ludis, maximè inhoneſtis utantur ueſtibus religioſis ad cultum diuinum deputatis, uel eas lacerantes, dum a clericis deferuntur, puniuntur ab Epiſcopo excommunicatione, & pœna extraordinaria, ſecundum Innocentium. Proinde uideat, ne quis laicus aliqua ueſte religioſa utatur fraude, uel dolo, uel pro exactione eleemoſynarum, quia talis religionem ingredi cogitur ad peragendam pœnitentiam. Corrigat etiam grauiſſima pęna ſpirituali exercentes duella, torneamenta, artemuè ſagittariorum,ex iure Concil.Tridentini. Imò ſunt excommunicati omnes ad duellum accedentes,pugnantes, patrini, cõſultores, ſuadenteſque,& ſpectantes; ſicut ſuperiori anno puniuit multos,atque excommunicauit Gregorius Papa xiij.qui huiuſmodi duellum exercuerant. Vigeſimooctauò,inquirat Epiſcopus de executionibus teſtamentorũ,quia ipſe,elapſo anno, eſt executor, & cognoſcit; cùm nephas ſit perire uoluntates piorum defunctorum, de quibus ſupra diximus. Proinde Epiſcopus curet, ne committetur fraus per teſtamentarios executores; licèt hodie commiſſarij fabricæ ſancti Petri de Vrbe ſe intromittant ex multis conſtitutionibus ſummorum Pontificum. Vigeſimononò inquirat Epiſcopus, ſi iuramenta per laicos ſeruantur;Imò & iudices ſeculares cõpellat per cenſuras,ut faciãt obſeruari iuramenta p̃ſtita.Trigeſimò uideat,an laici habeant ſtatuta,quæ ſine peccato mortali ſeruari nõ poſſint,& ea faciat aboleri,antiquari,aut deleri: quia omnis cauſa ratione peccati, ſecundum gl.ſaltem indirectè pertinet ad Eccleſiam. Vltimò, ſi laici in ſolemni viſitationis die non omnes conuenerint,tũc poteſt eos Epiſcopus excommunicare per diſpoſitionem Decretal. ſi quis uenerit & Romanam,in fine.

c.1.de ferijs.
c.1.de conſec. diſt.3.
Seſſ.22.de obſeru. & euit. in celebr.miſſar.
Auctor alibi in expoſitione Hymnorũ lib.3.
c. Clericis de uit.& honeſt. clericor.
c.Cum ad decorem,de uita, & honeſt. clericor.
c. Interrogaſti.27.diſt.
Duella prohibita.
Seſſ.25.c.19
ca. Monomachiam.2.q.4
Not.in c. nos quidem.de teſtam.
li.1.tra.4.c.45
c.licet,de Iureiuran.in 6.
c.fin. de præſcript.
In c.nouit,de Iudic.
c.ſi quis uene. de mai.& ob.
c.Romana,de pœ.in 6.

Cc *Ma-*

## Magiſter Grammaticæ conducendus eſt ad docendum pueros, & pauperes. Cap. V.

Conc.Tridẽt. ſeſſ.18.§.quoniam uerò.
c.1. & c.quia. de regular.
Seſſ.23.de reform.c.18
lib.j.c.j.trac.4 cum ſeq.

SAncta mater Eccleſia, quæ quos peperit, obliuiſci non poteſt, ut pauperes iuuaret, ne eis & legendi, & proficiendi opportunitas ſubtraheretur, ſtatuit in unaquaque Eccleſia Cathedrali magiſtros conduci Grammaticæ, qui gratis clericos, & alios pauperes docerent, prouiſo eis de aliquo competenti beneficio. Vnde, ut indies magis hoc ſalutare inſtitutum illabefactè ſeruaretur, iterum eadem pia mater Eccleſia, expreſſo ordine renouauit illud, cõſtituens, ut in omni Eccleſia, præcipuè Cathedrali, Seminarium puerorum clericorum erigeretur; ubi ſacris litteris imbuti, aptius, & cum maiori plebis utilitate Eccleſias poſſint regere. Quomodo autem hoc Seminarium ſit inſtituendum, & pueri in eo exiſtẽtes, quibus inſtruendi ſint diſciplinis; & quomodo ſit hoc collegium conſeruandum, & de multis aliis, quoad Seminarium, ad plenum diximus ſupra ſuperiori libro. Ideò de eo uidendum eſt ibi, & de puerorum illud ingredientium utilitatibus; & de quibus locis detrahenda ſint alimenta pro eorundem ſuſtentatione, & de negligentibus in erectione huiuſmodi. Hæc autem hic dicta ſint obiter.

## Viſitatio Seminarij, & eius qualitatum, circa quæ conſiſtunt. Cap. VI.

Card.Borr. in 1.par.act.eccl. Mediol.

IN viſitatione autem huiuſmodi prædicti Collegij, ſeu Seminarij, informet ſe Viſitator de illius regimine, adminiſtratione, ordine, norma, modoq; uiuendi. De ipſius magiſtris, officialibus, & præpoſitis omnibus, de uita, & moribus ipſorum. De ſtudio, lectionibus, doctrina, religione, atque obſeruantia cuiuſlibet. De domo, habitatione, atque uicinis, ne quid obſcœnum committatur. Vitia ſint aliena, timor Dei habeatur, ut ſic Spiritusſancti

ſancti



ſancti gratia, omnem habẽs virtutem, omnemq; ſcientiam, inueniat in eis receptaculum mundum, & tribuat eis plenam, perfectamq; ſcientiam, ne in perſpicacia ingenij, capacitate, ſtudijq; abſſiduitate, & memoriæ tenacitate confidant; ſed habeant fiduciam ſuam in Domino, qui eſt ſcientiarum dominus, in quo ſtant omnes theſauri ſcientiæ, & ſapientię Dei abſconditi. Initium ergo ſapientię eorum ſit timor Dei. Vnde ſancti patris in ſuis collationibus bene ſcriptum reliquerunt, nempe malos homines diſputandi tantum habere peritiam, & elocutionis ornatum; at ſacrarum, ac cęterarum etiam ſcripturarum uenas, & archana ſpiritualium ſenſuum intrare non poſſe. Nullus enim, inquiunt, in quo adhuc carnalium paſſionum dominatur affectus, ſpiritualem potuit ſcientiam poſſidere. Officium prętereà omnes, ſaltem glorioſæ ſemper virginis Marię, cum ſeptem pſalmis, & litanijs ſingulis diebus dicant. Roſarium quoq; eiuſdem B. Mariæ virginis frequentẽt; & alia huiuſmodi ſecundum locorum regulas, & normas traditas; ut ſępius confiteri, & Euchariſtiæ ſacramentum ſumere. Menſam etiam ante prandium benedicentes, & poſt gratias agentes. Similiter ante, & poſt cęnam facientes; aſſidueq; ſic incumbentes in Dei laudes perſeuerent.

Parab.3
Caſſia. coll.4. c.16
Conc.Tridẽt. ſeſſ.2

## Epiſcoporum eſt ſtudium uariarum ſcientiarum eſſe in populoſis, & diuitibus Eccleſiis. Cap. VII.

De ſtudiis generalibus, & publicis Gymnaſiis.
in c.Propheta 1.q.1
c.de quibuſdã diſt.37

QVia verò anima noſtra, ſecundum gl. ſine uirtutibus ruit; nam quemadmodum hominum genus homines, ita animarum genus ſunt uirtutes. Et ſicut familię hominum ſplendore generis nobilitantur, ita animarum gratia clarificatur ſplẽdore uirtutum. Ideò in hoc totis uiribus incumbat Reuerendiſs. Dominus cuiuſcunq; Eccleſiæ diuitis Epiſcopus, ut publicum in ſua ciuitate ſtudium, ſeu Gymnaſiũ, pro plebibus ſibi ſubiectis inſtruendis, inſtituat diuerſarum ſcientiarum; iuxta quod pręcipit Eugenius in ſua Synodo, dicens: de quibuſdam &c. Quibus Studio, & Gymnaſio erectis, Epiſcopus ea poſtmodum uiſitabit, eorumque etiam ſtatuta,

Epiſcopus tenetur uiſitare ſtudium publicum.

Seſſ.25.c.7.de Reform.§.ſed & ſi.

reformationes, conſtitutiones, modumq; diligenter perſcrutetur, ſi omnia ſunt ordinanda pro augmento religionis, & Eccleſiæ, & ſi quæ minus habent, poteſt corrigere, atque emendare; quia a ſacro Conc. Tridentino hanc habent Epiſcopi facultatem, & poteſtatem. At ubi (idem fert Concilium) Vniuerſitatem, & Studia immediatè ſubſunt Pontifici, ipſa uiſitanda relinquuntur, perſonis per ipſum ſummum Pontificem delegatis.

Singulis annis publicari debet Decretum de ſtudijs

Decretum item Concilij generalis in principio ſtudij ſingulis annis, de ſtudiis generalibus publicari ab Ordinariis debet, & ab eodem Epiſcopo. In huiuſmodi autem Vniuerſitatibus, & Gymnaſiis publicis procurandum eſt ab eodem Epiſcopo, ut

Lectio ſacræ ſcripturæ ſit i publicis gymnaſiis.

inſtituatur in eis lectio ſacræ Scripturæ; & ubi aderat, ſed dimiſſa eſt, inſtituatur iterum. Ad hoc ſi quidem laudabile inſtitutum, & regum pietas, & religioſorum, & rerum publicarum, & Principum charitas, ad Catholicæ fidei incrementum accedere, & adiuuare, ut præſto ſit, hortatur plurimum ſacroſancta Synodus Tridentina.

Seſſ.5.c.1.§.in gymnaſiis.

## Quæ alia circa ſtudiorum perſonas prouidere debeat Epiſc. Cap. VIII.

Profeſſores cuiuslibet ſcientię, ad fidei profeſſionem tenentur.

Conc.Tridét. ſeſſ.... c.2. §. ad eorum.

Car.Borr.par. I.

Seſſ.4. cap.de edit. & uſu ſacro.lib. §.poſt hac.

Magiſtri Grãmaticæ, ad fidei profeſſionem tenẽtur.

Seſſ.9.c.7.ſub Leone X.

PRouideat etiam ordinarius, ut quicunque ad onus legendi in prefatis, ac memoratis publicis gymnaſiis aſſumptus fuerit, is cuiuſcunque artis profeſſor ſit, iu principio ſtudij profeſſionem faciat; promittens, quòd ipſe profeſſus eſt alios docere, uidelicet, quæ catholicæ fidei ſunt: nullatenus etiam uerba torquens, & ſententias ſacræ ſcripturæ ad ſcurrilia, & fabuloſa, & ſimilia. Aliàs, ut temerator, & uiolator uerbi Dei puniendus ſit. Hoc idem, quod diximus, ad ludi magiſtros etiam extendi faciat Epiſcopus, ſeu Grammaticę praceptores, nempè ut & ipſi ad eandem profeſſionem teneantur; & fortiùs, quia pueros teneros edocere debent, qui faciles ſunt ad decipiendum. Vnde benè de iſtis præceptoribus diſpoſuit ſacroſanctum Lateranenſe Concilium. Statuimus, inquiens, ut magiſtri ſcholarum, & præceptores, pueros ſuos, ſiue adoleſcentes nedum in Grammatica, &



& rhetorica, & cæteris huiuſmodi inſtruere debeant; uerum etiam docere tenentur ea, quæ ad Religionem pertinent, ut ſunt Præcepta diuina, Articuli fidei, ſacri Hymni, & Pſalmi, & ſanctorum uitæ, eoſq; in diebus feſtiuis inſtruere, hortari, & cogere, ut nedum ad Miſſas, ſed etiam ad Veſperas, diuinaque officia audienda ad Eccleſias accedant: ſimiliter ad ſermones audiendos impellant. Et nihil omninò contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat, eis legere permittãt. Quę omnia renouauit ſacroſanctum Concilium Tridentinum; Qui præceptores, & magiſtri Grammatices, ſecundum ea, quæ paulò ante diximus, dum de lectione ſacrarum ſcripturarum diſſeruimus, in omni Cathedrali Eccleſia eſſe debent: qui clericos eiuſdem, & ſeculares pauperes doceant, aſſignato eis aliquo beneficio, iuxta inſtitutionem ſanctorum Pontificum.

Seſſ.2.c.vno.

c.1.de magiſt. & cle.1.in fi. eod.tit.

## Quòd prædicta profeſſio fidei non tantum a prædictis publicè legentibus, ſed etiam a cæteris Doctoribus, & medicis non legentibus fienda ſit. Cap. IX.

IAm fuit a nobis enarratum in cap. De lectione ſacrarum ſcripturarum, quænam & legentes, & addiſcentes priuilegia obtineant, dum legunt, & ſtudent; ſubſequenterque & de eorum profeſſione paulò ſuperius diſputauimus. Nunc reliquum eſt de cęteris Doctoribus, & medicis non legentibus aliqua prelibare: dicentes ſcilicet, quòd & ipſi quoque Doctores, & alij etiam, qui ad Doctoratus magiſteria alioſve gradus cuiuſcunque ſcientiæ promouendi ſunt, fidei profeſſionem emittere publicè debent, iuxta formam prędictę bullæ Pij Quarti, quę incipit: ſacroſancta. Medici autem non ſolùm hanc tenentur eandem edere profeſſionem; uerum & iurare aſtringuntur in manibus Epiſcopi, ſtatutum factum per Pium V. quod incipit, ſuper gregem. in confirmationem antiquæ, & ſalutaris Decretalis Innocentij, quę incipit: Cùm infirmitas, nempe, ut cum ad infir-

Card.Borr.in 1.par.ac. Eccl. Mediol.

Pius Quartus de anno 1564

Medici, ultra profeſſionem, ad quid aliud teneantur.

de anno 1566

de pę. & rem.

infirmum uocantur, primum moneant; & inducant ad procurandum ſalutem animæ, uocando Medicum ſpiritualem. In qua etiam Pij V. conſtitutione dicitur, quod talem conſtitutionem publicare medici debent, & eoſdem excommunicare, ſi iurare recuſauerit. Nunc libros Doctorum, medicorum, & aliorum etiam conſideremus, & examinemus.

## *Libri debent examinari, & approbari ab Epiſcopo omnes. Cap. X.*

POſtquã de Magiſtris, Doctoribus, legentibus, ſtudentibus, ac medicis, nec non de præceptoribus, ſcholaribusq; etiam ſermonem habuimus. Nunc de libris, quibus uti debent ipſi omnes prædicti, uerba aliqua faciamus: Et quamuis illi ſciuiſſe ex indice librorum prohibitorum potuerint, quinam ab eis retinendi ſint libri, & qui a ſe abdicandi, oculate tamen eos uidere Epiſcopum oportet ex officio ſuę exactæ viſitationis, & ex præcepto, quod ſacroſancta Tridentina Synodus ei in hoc demandauit; ut ſupra fuit etiam a nobis expoſitum. Faciat ergo Epiſcopus ſibi exhiberi ab omnibus tam laicis, quàm clericis, libros omnes, & tam qui ſunt in Eccleſia, quàm qui ſunt extra Eccleſiam; eoſq; an canonici, atque approbati ſint; utque nihil uanum, erroneum, alienumuè a fide contineant, uideat; utq; ij non in figmentis, fabulis, aut lectionibus obſcœnis ſint poſiti, examinet. Hæc autem diligens inquiſitio fiet de ijs libris tantum, qui non ſunt ex numero eorum, quos enumerat Tridentina Synodus in Seſſ. quarta: quia ut canonici, & approbati, ac pro authenticis ij habentur, & catholici. Quos autem libros deprehenderit Epiſcopus hæreticorum, artisve Magicæ, aut incertorum auctorum, aut libellos famoſos continentes, aut alios improbatos ab Eccleſia, aut illicita, atque improba continentes, eos euacuabit, prohibebitque retineri a fidelibus Chriſtianis; prout prohibet Pius Papa Quartus in ſua bulla, quæ incipit: Dominici gregis, & maximè in nona regula

De libris prohibitis.

Seſſ.17.de lib. delectu. & Seſſ.4.c.inſup. Sup.lib.1.c.5. tract.1.

Seſſ.4.c.1 diſt.15.c.ſancta Rom.

cauſ.5.q.2.c. ſi qui inuenti.

de anno 1564

gula



gula in qua enarrat omnes ferè libros, qui abdicandi ſunt propter eorum diabolicam ſcientiam.

## *Bibliothecæ uiſitandæ ſunt a perſonis ad id deputandis ab Epiſcopo. Cap. XI.*

SImiliter etiam bibliothecę omnes poſſunt, & debent uiſitari ab Epiſcopo, tam quę ſunt in Eccleſijs, & Palatijs, uel monaſterijs, quàm quę publicè habentur, in quibus libri uenales tenentur. Quod & ſæpius faciendum eſſe cauetur in decima prædicti indicis regula, ne quis liber in eis prohibitus retineatur. Et ſi quis inuenitur liber in eis prohibitus, excuſari ipſi librarij non poſſunt propter præceptum, quod habent, ut indicem librorum uenalium apud ſe habeant, quod hic Romę incorruptè certe ab omnibus ſeruatur. Demandet inſuper Epiſcopus omnibus, & ſingulis librarijs, ne quouis quæſito colore in poſterum librum aliquem imprimant de prædictis, aut uendant, aut detineant; quia cautum eſt a ſacro Concilio Tridentino, ne ipſi libros ſine licentia ſuperiorum Eccleſiaſticorum imprimant. licentia uerò huiuſmodi detur, & fiat omninò gratis, ad tollendum omnem ſuſpitionem alicuius lucri, eaq; probatio, ſiue licentia fiat in ſcriptis. Quòd ſi ſecus ac dictum eſt, factum fuerit ab huiuſmodi impreſſoribus, uel quis libros manu ſcriptos communicauerit, uel euulgauerit, niſi antea prædicti libri examinati, approbatiq; fuerint, anathematis pœnis, & pecuniæ feriantur huiuſmodi tranſgreſſores. Vt autem poſt approbationem, & licentiam præſtitam aliquid præmemoratis libris addi non poſſit, prouideat Epiſcopus, ut apud ſe, uel alium deputatum ad hoc remaneat exemplar authenticum talium imprimendorum librorum, & proprij auctoris manu ſubſcriptum, ut adimpleatur dicti libri indicis præceptum.

De libris, Bibliothecis, & impreſſorib.

Index in Regula decima. Seſ.4.in decr. de edit.lib. ibi. §. omnes.

Impreſſores nõ imprimãt ſine licentia.

Seſ.4.in decr. de edit.libr.

Licentia fiat imprimẽdi libros gratis.

Pęna eorum, q imprimũt, ſeu euulgant libros manu ſcriptos ſine licentia ſuperiorum.

ead. regu.10. §.hac lege.

Biblia

### *Biblia ſacra in vulgari, non ab omnibus ſunt retinenda. Cap. XII.*

QVando autem reperitur Viſitator in bibliotheca viſitanda, ſi in ea ſacra vulgari idiomate Biblia conuerſa inueniuntur, prohibeat teneri,& uendi; nec aliis permittat legi, niſi perſonis cognitis,& fidelibus, data primùm licentia. Quia viſum eſt plus inde (inquit dictus liber, Index) ob hominum temeritatē, detrimenti, quàm utilitatis oriri. Nec minus in ciuitate, ſeu diœceſi permittat Epiſcopus libros introducendos eſſe aliquos, tam venales, quàm particulares, ſeu alijs legendos mitti, niſi ſibi primùm præſententur,& ab eodem Epiſcopo examinentur, uel ab alio deputato: niſi eſſent libri adeò publici, quòd notoriè conſtet eos eſſe permiſſos.

Libri nō ſunt introducendi in ciuitate ſine licentia Epiſcopi.

---

# DE POENIS.

## Tractatus Decimus.

### ANNOTATIO SINGVLORVM CAPITVM Decimi Tractatus.

1 *Cur de pœnis tractandum ſit.*
2 *Pœna, quæ timenda ſit, imponenda eſt ab Epiſcopo.*
3 *Quid facere debeat Epiſcopus de pecuniis ob pœnas exactis.*





### *Cur de pœnis tractandum ſit. Cap. I.*

CVm omnes populi Chriſtiani legibus ab Imperatoribus,& canonibus a ſummis Pontificibus editis regantur, ac ſecundum eas uiuere teneantur: Sequitur ergo, quòd ſi lex permiſerit, petere licet; ſi uetat, nulli petere licet; ſi punit, qui cædem fecerit, pœnam non euadat. Vnde cùm ſupra in præcedentibus Tractatibus, legem aliquando uetantem, aliquandoque etiam permittentem, ſcripſimus,& in ea de uarijs exceſſibus, propter quos pęnæ deberentur, tractauimus: meritò nunc aliqua de pœnis ſubiicienda uidentur.

Inſt.§.quorū, in prohem. l. digne uox, de legib.& cōſtit.princ. Quod ſit officium legis.

Ratio redditur.

### *Pœna, quæ timenda ſit, imponenda eſt ab Epiſcopo. Cap. II.*

ADuertat autem Epiſcopus circa pœnarum impoſitionem, ut cognita,& conſiderata qualitate loci,& perſonarum, medicinam morbo congruam apponat, easq́; ſciat apponere pœnas, quę magis ſuo iudicio timentur, ne ludibrio fiant,& maior ſit labor ſuus. Nam delicta ſecundum menſuram proportionis, ratione loci, temporis, perſonę,& quantitatis, quis neſcit eſſe punienda? in quibus quidem plurimum Epiſcopi uerſatur arbitrium, cùm ipſe diſpenſet in pœnis; licet ipſe,& quilibet ſuperintendens in actionibus,& iudiciis Eccleſiaſticis ſuo ſenſu nullatenus duci, ſeu regi debeat, ſed eorum auctoritate,& ſecūdum canones, legesq́; iudicare debeat, ac multum conſiderare uim uerborum legis,& canonum, qui diuerſimodè de pœnis fantur, ac uarijs, pro pęnis infligendis ad malorum terrorem, modis utuntur. Nam cùm lex dicit, Per cenſuram Eccleſiaſticam compellatis, uel cenſura ſacrorum canonum, utendo tantum cenſura, intelligimus pœnam, ſiue priuationem a quocunque licita communione fidelium, quam Eccleſia propter inobedientiam, uel huiuſmodi infligit. Cum uerò in lege legitur, ſub pœna Eccleſiaſticę diſtrictionis, intelligimus non tãtum pęnam c. Quęrenti.

c.irrefragabilis.§.cæterum de off.ord.

gl.c.2.de pœ.

c. 1. de conſt.

Diſtrictio Eccleſiaſtica, q̄d ſit.

Abb.c.pro illorū, de præb.

c.quærenti.de uerb.ſig.

renti, ideſt pœnam ſpiritualem, ſed etiam citra huiuſmodi pę-
nam, hoc eſt cenſuram, pęnam temporalem. Nam diſtrictio

Abbas.

ſecundum Abbatem, in dicto cap. Quærenti. importat pœ-

Diſciplina Eccleſiaſtica q d ſit.

nam temporalem. De diſciplina Eccleſiaſtica idem dicimus,
ſcilicet eam conſiſtere, ſecundum Auguſtinum, in coercendo:

diſ.45.c.& q. Bonæ diſcipli nę.

eſt enim diſciplina ultrix male uiuendi. Diſciplina enim red-
dit compoſitum habitum mentis, & corporis; ceruicem ſub-
mittit, ponit ſupercilia, componit uultum, ligat oculos, cohi-
bet cachinnos, moderatur linguam, gulam frenat, iram ſedat,
format inceſſum, docet denique ſubeſſe, coeſſe, & pręeſſe: Quæ

Cle.attendentes, de ſta.mo.

omnia a ſuperiori ſunt attendenda; quoniam ubi guberna-
culum diſciplinæ contemnitur, reſtat ut Religio naufragetur.

gl.in c. cũ clerici, de pac. Seueritas Eccleſiaſtica, q d ſit.

Sed ſi dicitur in lege, ſub ſeueritate Eccleſiaſtica, intelligitur pę-
na impoſita, ſecundum delicti qualitatem in materia, in qua de
ea loquitur legislator; nam ſeueritas eſt, cùm rigor, & integri-
tas iuſtitiæ exercetur. Item cùm ſit ordinatio ſic ſcilicet, & cõ-

c.ut officium. §. uerum. de hęret.in 6. Pœna canonica quid comprehendat.

traueniens puniatur pęna canonica, intellige pœnam depoſi-
tionis cum infamia, ſecũdum Abb.in c. 2. ne prælati uices ſuas.
Cùm uerò Pontifex mandat ſub pœna obedientiæ, ut in cap.
dolentes, poſſumus intelligere peccatum infidelitatis, atque

Ab.c.dolẽtes. de celeb.miſſ. c. ſi qui ſunt. diſt.81. Pœna animaduerſionis, quę ſit.

inobedientiæ, quod eſt peccatum grauiſſimum. Cùm uerò lex,
aut Canon dicit: Digna animaduerſione puniatur, tunc Epi-
ſcopus iudicablt ſuo arbitrio; ex quo certa non eſt ſtatuta pœ-
na. Sed cùm indignationis pœna in lege auditur, etiam benefi
ciorum priuationem intelligere nos debere, dicit Sarnen. Epi-

gl.fin. in c.fin. de elect. gl.pen.in extr. execr. de præben.& dig. Pœna maledictionis ęternę quæ ſit.

ſcopus. At ſub illis uerbis. ſ. ſub obteſtatione diuini iudicij; &
in terminatione maledictionis æternę, precationẽ mortis æter-
nę intelligimus, quæ pro peccato mortali debetur. Quandoq;
uerò ſit lex cum illa dictione. ſ. ſub pœna acrimoniæ noſtræ, di-
cit gl. acrem pœnam, uel etiam excommunicationem, ſeu ma-

24.q.3. Deus. gl.c.1.§.fin.de immun.eccl. c.viſis.16.q.2.

gis arbitrariam. Acrimonia enim dicitur auſteritas in uultu.
De illis uerò uerbis, ſcilicet, de pœna mucronis, uel Eccleſia-
ſticæ animaduerſionis, dicunt quidam, quòd uenit Epiſcopi iu-
dicium, ſeu etiam excommunicatio. Demum uerba, ſcilicet, di-

gl.in c.j.de cuſtod.Euch.

uinam vltionem non effugiant, dicit glo. hanc pœnam remitti
ad arbitrium iudicis; ex quo non determinatur: ſed ſi dicitur
ſub



ſub pœna banni Chriſtianitatis, intellige pœnam excommuni-
cationis.

## *Quid facere debeat Epiſcopus de pecunijs ob pænas exactis. Cap. III.*

c. dilectus, de off.ord. c.irrefragabili §.fin. de of or. Seſſ.4.de edit. & uſu ſac.lib.

CVm habeat autem facultatem, ſeu ius imponendi pę-
nas pecuniarias Epiſcopus a multis iuribus, & Cõ-
cilijs, & pręſertim a Concilio Tridentino, dum di-
cit, Temeratores, & uiolatores uerbi Dei iuris, &
arbitrij pęnis per Epiſcopos coerceantur. Ideò nunc reſtat
uidere, in quibus conuerti debeant pęnæ pecuniarię ab Epi-

Pęnæ pecuniariæ exactæ, in quę conuerti debent ab Epiſcopo. Seſſ.25.c.3. §. ſed licet.

ſcopo exactæ; An non poſſit ſibi eas applicare. Et quidem ex
uerbis eiuſdem Concilij Tridentini facile eſt colligere, in pios
uſus eas conuerti debere, ſeu pauperibus eas erogari, uel uſi-
bus piarum Eccleſiarum: Niſi Epiſcopus ſit adeò pauper, ut
non habeat commodè unde uiuat; quia tunc ſibi eas aſſigna-
bit ſecundum communem Doctorum opinionem; quemad-
modum etiam ſibi Epiſcopus uindicabit iuriſdictiones ſuæ fru-

c. dilectus, de off.ord.

ctus, & emolumenta, ſiue per ſenteutiam, ſiue per contuma-
ciam, aut etiam per contrauenientiam ſtatutis factam. Me-
minerint tamen ſępenumero Epiſcopi magis miſericordiam,
ac æquitatem ſequi in pœnis, quàm faciant iudicium, & iu-
ſtitiam. Nam

„ *Si quoties peccant homines, ſua fulmina mittat*
„ *Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.*

FINIS.

# SERIES CHARTARVM.

a, b, c.
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb, C c.

*Omnes ſunt Duerniones, præter c, & C c,*
*quæ ſunt Terniones.*




Venetiis, apud Altobellum Salicatium,
M D L X X X V I.

UNIVERSITARIA DE GRANADA